





*262/15*  
IVSTI LUDOVICI BECHTOLDI BOEHMERI D.

*1779, 46*

*5*

TRACTATIO  
DE  
FILIO VASALLI  
SVCCESORE IN FEVDVM.



---

GOTTINGAE  
*Apud IOHANN. CHRISTIAN. DIETERICH*  
1779.

1805  
IASI IADOUIC BECHOLIDI BOHEMII D

TRAGATTO

de

ELIO AVSALI

SACCESE IN EEDAM



GOTTINGENS  
ACADEMIAE ET LIBRARIAE IMPERIALIS  
1752





DE  
FILIO VASALLI,  
SUCCESSIONE IN FEVDVM.

---

CAPVT I.

DE IVRIBVS ET OBLIGATIONIBVS FILII EX  
SUCCESSIONE IN FEVDVM IN  
GENERE.

---

§. I.

*Argumentum Dissertationis.*

Propositorum mihi est exponere iura, quibus filius vasalli in feudo potitur. Proficiuntur ea potissimum a iure succedendi filiorum in feudum, cuius naturam et, quae ei iuncta sunt, iura et obligationes priori capite complectar. His cognitis iura, quae ex rebus a patre gestis et contractis ad filium pertinent, prosequar. Ac primum quidem ius filii petendi aut retinendi feendum, quod defunctus pater ultima voluntate alteri reliquit, deinde ius feendum, a patre viuo in

A alte-

alterum translatum, reuocandi expendam. Atque in hoc explicando seiungam ius persequendi feudum, quod ex delata successione penderet, ab eo, quod viuo patre ad filium pertinet, ac de vtroque sigillatim dicam.

### §. II.

#### *Successio feudalis est singularis.*

Inuestiture, qua feudum constituitur, lex est, vt ab eo, qui primum illud acquisiuit, in eiusdem filios omnesque, qui ab eo ortum ducunt, deriuetur. Est is *successor feudalis*, cui beneficio inuestiture feudum obuenit; et ipsa translatio feudi ad proximum in inuestitura comprehensum, quae mortuo vasallo contingit, *successio feudalis* appellatur. Confert ea ius in re singulari, simulque iura et obligationes per primam constitutionem cum eo coniuncta ac colligata. Quae vero bona praeterea tenuit vasallus caeteraque eius iura et obligationes distincta ac separata manent a feudo, nec ad feudalem successorem deuoluuntur *a*). Ex quibus illud perspicuum est, successorem feudalem vti titulo singulari, et ipsam *successionem feudalem existere singularem b*). Quamquam autem conditio successoris feudalis longe abhorreat ab ea, quam habet heres in vniuersum ius defuncti succedens: nihilominus tamen ex eo, quod in iura et obligationes intuitu feudi succedit, *heredis voca c*), *eines Erben, Lehnserben* in sensu iuris feudalnis designatur.

### §. III.

*a)* Alius inde frequenter in feudo est successor atque in allodio I. F. 1. §. 2. II. F. 28. §. 2; 43. 51. §. 4. et in generali alienatione non continetur feendum II. F. 26. §. 17.

*b)* VENERAND. PARENTS IN

*princip. iur. feud. §. 121. LUDWELL  
trastat. feudal. tr. de success. feud.  
c. 1. p. 131. GAILL practic. obseru.  
L. 2. obf. 154. n. 2.*

*c)* RHETIUS in Comment. ad ius

§. III.

*Discrimen successionis feudalis et hereditariae,  
et nata inde distinctio feudi hereditarii et  
ex pacto et prouidentia.*

Qualis vero sit differentia hereditariae et feudalis *succeſſionis*, habita et *personarum*, quae ad feudum vocantur, et modi, quo in eo succeditur, ratione facile intelligitur d). Etenim, quum, suadente primaria feudorum ratione ad feudi *succeſſionem* non nisi masculi in *prima inuestitura* comprehensi adspicere possint, arbitrium, quod domino est in herede rei sue scribendo, in feudis prorsus deficit. In modo autem *succedendi* hoc inter vtramque cernitur discrimen, quod in hereditate titulo vniuersali atque ex defuncti benevolentia, in feudo singulari titulo, eorumque, qui primum feudum constituerunt, et legis beneficio e) succedatur. Hinc successor in eo legitimus non est, nisi ab eo, qui primus impetravit inuestitaram, ortum habeat f); neque per inuestitaram, quae mortuo vasallo fit successori, feudum demum constituitur, sed ius ex prima inuestitura natum confirmatur g). Atque hoc feudum, in quo *succeſſio*, lege feudali constituta, retinetur, plerumque verbis *ex pacto et prouidentia* distingui solet; sed et

A 2 ab

*ius feud. com. L. 1. t. 3. verb. heredes eorum n. 10. obſeruat nomine heredis omnem ſuccellorem intelligi, qui adminicula defuncti ad ſucceſſionem uitetur, vel per defunctum ad ſucceſſionem aspirat.*

d) VENER. PARENTS in Diff. de ſucceſſione feudali fratrum fratreſ que liberorum c. 1. §. 2. et in princ. iur. feud. §. 120. c. a KIRCHBERG diſcurſt, de feudo ex pacto et prouid.

et de feudo hereditario c. 3. n. 51. c. STIGLIZ D. de iure ſuccedendi agnatorum in feudum alienatum vi- uo alienatore §. 4.

e) I. F. 1. §. 1. II. F. 11. pr. 23. §. 2.

f) II. F. 31. 50. I. F. 14. §. 1.

g) Inde minori de veteri feudo inuestitaram facere permittitur II. F. 3. pr. atque successor feudum re-tinere dicitur. I. F. 5. II. F. 36. 45.

ab aliis subinde nouis nominibus notatur, veluti nomine *domestici*, *gentilis*, *filialis*, *familiaris* siue *de familia*, nec non *feudi non hereditarii* h.). Verum enim vero, quum quae in commodum agentium lege sancta sunt conuertere et immutare iisdem sit integrum, vsu inualuit feudum, *hereditarium dictum* i), in quo inter eos, qui a primo acquirente orti sunt, *succesio hereditaria legitima adsciscitur* k.). Approbata hoc pacto successione hereditaria in feudo, non solum his, quibus in rebus hereditariis lex ciuilis nullo facto testamento tribuit succedendi ius, si modo a primo acquirente originem habent l), ad illud accedere licet, sed praeterea et id effici potest, vt feudum et hereditas coniungantur, atque vt illud instar rei ad hereditatem pertinentis successorem ad facta defuncti praestanda obstringat. Vtrum vero in feudo hereditario vtrumque sit adoptatum, ex iis, quae inter partes acta sunt, aestimandum est. Quodsi alterutrum tantum placuerit, *hereditarium mixtum*, si vtrumque, *merum* vocatur. Ad illud momento suo ponderandum, voluntatem in litteris investiturae declaratam inquirere oportet, nec solis verbis ambiguis inhaerendum est m).

Quo-

h) STRVVI synt. Iur. feud. c. 4. L. 2. qu. I. n. 23. FINCKELTHAVS aph. 12. n. 1. BOCERVs de qualit. feudal. controvers. p. 52.  
et differentia feudor. c. 5. n. 23. 24. s. von SCHÜZ colleg. feudal. c. 3. p. 41. VVLTEIVS de Feudis L. I. c. 9. n. 103.

i) *Feudum hereditarium*, cuius mentionio facta est in cap. *feud. extraord.* 78. et 83. nihil aliud est, nisi *feudum a superioribus acquisitum*, quod non modo ad descendentes defuncti pertinet, sed et praeter ea ad alios, qui eiusdem sunt familie et a primo acquirente originem ducunt. H. PISTOR quæst. iur.

k) Formulas, quibus hereditarium feudum constituitur, exhibit

STRVVIUS l. c. n. 4. FINCKELTHAVS *feudal. controvers.* D. 2. c. 19. not. 3. RHETIVS Com. ad I. F. C. L. I. t. 8. n. 35. KIRCHBERG l. c. c. 4. n. 58. sq.

l) Id ipsum desiderat natura feudorum, quae manet in iis, quae expreſſie mutata non sunt. II. F. 2. §. 3.

m) Relinquenda ac negligenda est opinio Interpretum, qui ex voce *hereditis*

Quoad successionem quodammodo exaequatum est allodio, in reliquis, haud immutatis, suis regulis metiendum. Quamobrem quicquid attinet ad alienationem eius et quamvis aliam de eo dispositionem, integra in eo seruantur iura feudalia n). A mutatione modi enim, quo ius penes alterum est, ad mutationem iuris ipsius recte argumentum non ducitur. Data vero in prima inuestitura alienandi feudum facultate, non hereditarii feudi, sed alienabilis vocabulo illud comprehenditur o).

### A 3

### §. IV.

redis in litteris inuestiturae obvia successionem hereditariam in feudum inducent, licet ipsa distinctio feudi ex pacto et prouidentia et hereditarii reprobanda et reiicienda non videatur. STRVVIVS l. c. n. 2. KIRCHBERG l. c. c. I. n. 31. f. Neque, vti ab ipsis autoribus iuris Longobardico docemt, alia verbo hereditis subiecta notio est, nisi mas- cali I. F. 13. §. 2. II. F. 34. §. 4. neque, ex eo, quod verbum illud in formula inuestiturae expressum reperiatur, sicut II. F. 17. pr. 23. §. 2. successionem feudalem in hereditariam commutatam esse concludere licet. PISTOR l. c. n. 101. H. A. ROSENTHAL tract. et synopsi iur. feud. c. 2. concl. 33. n. 12. STRVVIVS l. c. n. 6. SCHÜZ l. c. p. 42. FINCKELTHAVS l. c. not. b. BO- CERVIS l. c. c. 5. n. 27. p. 239. GAILL tract. obseru. L. 2. obs. 154. n. 20. KIRCHBERG l. c. c. 4. n. 33. f. LVDWELL tract. feudal. p. 98. et in synopsi iur. feud. c. I. p. 69. Quodsi vero propter verba litterarum inuestiturae ambigitur heredi-

tariumne sit feudum an ex pacto et prouidentia, quum illud a recta feu- dorum natura aberret, pro hoc iu- dicium ferendum est, donec vel de voluntate constituentium vel de consuetudine contraria constet. II. F. 2. §. 3. PISTOR l. c. n. 76. f. FINCKELTHAVS l. c. not. c. KIRCHBERG l. c. c. 4. n. 177. MYNSINGER singul. obseruat. Cent. 4. obs. 2. n. 5. f. p. 234. BOCEVRVS l. c. c. 5. n. 36. p. 245. LVDWELL tract. feud. p. 104. SCHÜZ l. c. p. 45. Pro mixta potius, vbi dubium est, feudum habendum esse censem HOMBERG ZV VATH in Diff. de patre vasallo liberis exheredatio- ne vel inaequali feudi diuisione ne iure Longobardico quidem praejudi- cante §. 6.

n) VENER. PARENTS cit. Diff. c. I. §. 2. not. c. §. 3. STRVVIVS c. 4. aph. 13. n. 1.

o) Eius generis feudi exemplum proditum II. F. 26. §. 23. 48. pr. VENER. PARENTS princ. iur. feud. §. 130. not. b. in missis a. loco circa

## §. IV.

*Filius in feudo ex pacto et prouidentia est successor feudalis.*

Non alia filiorum est successio, quam quae generatim in feudis ex pacto et prouidentia cognoscitur *p*). Etenim horum succedendi ius ex eodem, quo reliquorum successorum ius, fluit fonte, ex prima scilicet inuestitura *q*), seu ex pactione a primo acquirente cum domino feudi largitore facta, atque adeo successores feudales recte dicuntur. Firmatum ac corroboratum est hoc ius lege feudali, qua non modo omnes descendentes in infinitum ad feudum vocantur *r*), sed etiam ad illud saluum integrumque seruandum omnis in fraudem ac detrimentum eius disponendi facultas ademta ac praecisa est vasallo. Non omnium Interpretum de iure filiorum in feudo exponentium eadem est sententia. Sentiunt autem filium per patrem, mediante eo, ex beneficio eius, et, quod exinde conficiunt, perinde ac heredem uniuersalem in feudum succedere *s*). Assertioni has subiiciunt ac supponunt ratio-

*p*) ROSENTHAL tr. iur. feud. T. I. c. 9. m. 2. concl. 71. n. 13. RHETIVS C. ad I. F. C. L. I. t. 8. §. 2. p. 328. n. 6. OBERECHT tract. feud. L. 4. c. 9. n. 49. f. HOMBERG ZV VACH in Diff. supra not. m. ad §. 2. laudata §. 10. SCHREITER D. de felonie per indirectum in criminis laesae maiestatis commissa. §. 13.

*q*) I. F. 8. pr. 14. §. 1. 19. §. 1. vbi nepotes loco sui patris, ex parte filiorum, in patris vicem succedere dicuntur, quo id modo, eos occupare locum, quem pater, si in vi-

ta esset, habiturus fuisset, significari atque simul illud firmari videtur, filios ad successionem in feudo obtinendam adiumento patris non indigere.

*r*) I. F. I. §. 1. et 3. II. F. 23. §. 2. 31. in f.

*s*) CARPOZOVIVS iurisp. forens. Rom. Saxon. P. II. Conf. 48. Def. 9. n. 8. 9. EIVSDEM responsa iuris electoralis L. 6. t. 10. resp. 116. n. 9. s. et t. 2. resp. 15. n. 26. I. G. BAVER de vasallo exheredante §. 6. PISTOR quæst. iur. L. 2. qu. 13. n. 2. 1192015415-251717372-15

tiones; filium a patre habere originem, successioñem ab hoc in eum deriuari, tum, filium excludere patrum, primo acquirenti licet proximiorem, ac denique feudo propter feloniam amissio nec filium ad illud admitti. Quantum vltima ratio yaleat cuiusque sit ponderis infra §. 6. cap. seq. de prima et secunda ratione iam dicendum est. Ex eo, quod filius vitam debeat patri, et per eum occasionem nanciscatur acquirendi iura, non efficitur nec est consequens id, quod concludere volunt, iura per patrem acquiri. In his modo spectandum est fundamentum, quale in successione feudali positum est in pacto maiorum et prouidentia legis, vnde filio, perinde ac patri, feudum delatum ac iure proprio acquisitum est. Et ne in allodio quidem quisquam filios familias per patrem acquireti dixerit peculium castrense et quasicastrense a paterno iudicio et arbitrio solutum. Quod porro filius omnes, qui descendunt a primo acquirente, antecedat, ad ordinem succedendi, pertinet, et ex legi dispositione proficiuntur. Idcirco autem, quod quis iure proprio locum alterius subit, neque gratiam ei referre, neque facta eius praestare obstringitur. Nec beneficio patris ideo tribui potest successio filiorum, quod filii potiore p[re]e patruo fruantur iure, si modo animum aduentas ad veram eius rei rationem. Nam ratio iuris succedendi p[re]cipui filiorum p[re]e patruo, cui quondam vna cum patre delata est successio, continetur tum in repudiatione iuris succedendi ab eo facta sub conditione, cuius euentu, filio superstite, nondum existente, patrui succedendi ius conquiescit ac suspensum manet, tum in pacto diuisionis in commodum

49. STRVII S. I. F. c. 13. aph. de introd. iur. primogenit. Part. spec.  
 16. n. 6. ITTER de feud. imp. c. 23. aph. 6. p. 44. n. 5. FR. A SANDE  
 §. 13. ZOESII prael. feudal. c. 14. Com. in Gelriae et Zutphanie con-  
 8. 12. VVLTEIVS de feudis L. I. fuetud. feudal. tr. I. t. 3. cap. 2.  
 c. XI. n. 88. p. 766. DE LVDOLF §. 5. p. 85.

dum fratri eiusque liberorum inito et per inuestitaram firmato, tum denique in ipsa dispositione legis, qua vltimo defuncto proximior in successione feudi potior est t).

### §. V.

#### *Coniuncta est cum successione filii in feudum successio in allodium.*

At in successione filiorum maximi momenti illud est, quod filiis in feudum antiquum successoris ademta sit facultas hereditatem allodialem repudiandi, cautumque sit, ut hereditatem sine beneficio patris repudiare nequeant, sed aut utrumque retinere aut utrumque repudiare teneantur u). Cuius rei initium ex ipsa successionis in feudum origine dicendum videtur x). Quum enim ex prima rei clientelaris constitutione feudum iure successionis ad filios non pertineret, saepe tamen continget, ut ex benigna domini voluntate illud in filios, patris heredes, confirmaretur: successione iis tandem a lege concessa inualuisse videtur, filium in feudum successorum ad id ipsum cœu patris heredem adspirare. Quae autem ratio sit, cur solis filiis, non etiam agnatis, adeundae hereditatis necessitas sit imposita, de eo summa est inter interpretes varietas ac dissensio. Pietatem patri a filio debitam illud flagitare multi sentiunt, quum vel ideo, quod esse suum a patre habeat,

t) II. F. 50. ad solos — qui ex illa linea sunt, ex qua iste (defunctus) fuit. Et hoc est quod dicitur ad proximiiores pertinere. II. F. 37. pr.

u) II. F. 45. §. 1. 51. §. 4.

x) Ad origines successionis illud quoque refert I. P. LVDEWIG de

obligatione successoris in principatus et clientelas S. R. I. ex facto decessoris c. 6. §. 2. not. c. in Opuscul. I. I. op. 8. Ex iure Romano eius originem repetit HELLFELD in elem. iur. feud. c. 7. s. 3. §. 253.

beat, eademque quasi cum eo sit persona, honorem eius tueri strictius teneatur y). Alii hanc causam subesse censem, quod filius feudum a patre, eius beneficio, mediante sanguine paterno capiat, ac non nisi tamquam heres patris ad illud admittatur z), tum etiam alii, quod filius per viam successionis feudum a patre obtineat, tamquam rem ipsius hereditariam, hanc subiicientes rationem, quod hereditas scindi et pro parte adiri et pro parte repudiari non possit a). Non nulli denique propter infinitam patris in liberos potestatem et filii qualitatem heredis sui et necessarii illud constitutum esse autuant b). Quorundam autem iudicio decretum hoc feudale omni iuris analogiae aduersari c) atque ratione carere arguitur d).

### §. VI.

y) ANT. MERENDA *controvers. iur. Vol. I. lib. 6. cap. 15. n. 15.*  
SONSBEKIVS *Comment. ad vñus feudor. P. 9. n. 161.* ROSENTHAL  
tr. iur. feud. c. 7. concl. 21. n. 18.  
BERLICH *concl. practicab. P. 2.*  
*concl. 56. n. 13.* FINCKELTHAVS  
feudal. *controvers. D. 6. §. 22. p. 206.*

z) PISTOR *quaest. iur. L. 2. qu. 2. n. 27.* HOTOMANVS *comment.*  
in libr. feudor. L. 2. t. 45. verbis:  
vbi vero filium CVIACIVS de feudi  
L. 4. t. 54. VVLTIEIVS de feudi  
L. 1. c. 9. n. 114. FACHINEVS  
controu. iur. T. 2. L. 7. c. 5. p. 9.  
BITSCHIVS *comment. in consuet.*  
feudor. L. 2. t. 45. notab. 6. p. 638.  
HORNIVS *iurispr. feudal. c. 16. §.*  
24. STRVVIVS *synt. iur. feud. c.*  
9. aph. XI. n. 4. S. von SCHÜZ  
colleg. *feud. c. XI. p. 194.*

a) Ant. MONACHVS *de recta feudi*  
*dorum interpretatione c. 8. f.p. 40. f.*  
qui in indaganda vera dispositionis

II. F. 45. ratione, atque diiudicandis  
rationibus ab aliis propositis, mul-  
tum operae posuit. RHETIVS Com-  
ment. in ius feud. com. L. 1. t. 3.  
verb. heredes eorum n. 15. 16. CON-  
TIVS method. de feudi. cap. de suc-  
ces. feudi p. 41. Sam. de COCEII  
in iur. ciuil. controv. L. 29. t. 2. qu.  
6. KOBIVS de pecunia mutuaticia  
tuto collocanda c. 6. §. 70. MEVIVS  
decision. p. 5. dec. 41. not. 2.

b) PLEISCHER *instit. iur. feud.*  
c. 14. §. 15. LVDEWIG *de oblig.*  
*success. in princip. et client. S. R. I.*  
*ex facto successoris c. 5. §. 4.*

c) C. A. Freyher von BRAVN  
ob der Sohn das Lehn behalten, und  
die väterliche Erbschaft fahren lassen  
können? in SCHOTTII Juristischen  
Wochenblate B. 1. Jahrg. 4. n. 1.  
p. 11. 15.

d) I. P. de LVDEWIG obseruat.  
ad S. STRYKII exam. iur. feud.  
c. 4. qu. 48.

### B

## §. VI.

*Coniunctae successionis ratio.*

Non commorabor in singulis his rationibus diiudicandis, quae certe ob naturam successionis feudalismus nullius momenti ac ponderis sunt e). Ut de ratione istius dispositionis idoneum interponatur iudicium, illud monendum est, nullam eidem subiectam esse rationem naturalem, quim neque ex contractu feudali et inuestitura neque ex natura successionis feudalismus argumentum erui possit, quamobrem filiis neganda sit facultas allodium absque feudo, diuerso prorsus titulo delato, repudiandi, quae seruata est agnatis eodem, ac liberi, iure ad successionem feudalem vocatis. Est vero ista iuris Longobardici dispositio iuris prorsus positiva: cuiusmodi iuris rationes arbitriae esse, et vel a publicis commodis vel ab aequitate seu ab eo, quod fieri conuenit, repeti solent. Ac si quid conjectura assequi licet, ius illud perfectum, quo successor feudalismus,

e) A principiis iuris longe aliena est ratio eorum, qui illam dispositionem ex iure Romano adoptatam esse censent, quasi pro parte non possit repudiari hereditas. Quia enim ratione feudum, a maioribus in filium profectum, pro parte hereditatis paternae haberi, vel illud apud Longobardos pro ea habitum esse existimari potest, qui agnatis diserte permittunt repudiatio allodium succedere in feudum? Neque autem Romanorum leges filium abstinentem ab hereditate patris, vel ab ea iudicio patris exclusum uti prohibent iuribus, quae aliunde quam ex hereditate et voluntate patris pendent; quorum numero et feudum

haberi oportet. Proinde sepulchri ius, L. 6. D. de religios. L. 42. D. ad Sæcum Trebel. actionem sepulchri violati, L. 10. D. de sepulchro violatio. ius in libertos paternos, L. 9. pr. D. de iure patronatus. L. 29. D. de operis libert. L. 55. pr. D. ad Sæcum Trebel. fideicommissum a patre filio restituendum L. 114. §. 15. 16. de legat. 1. L. 69. §. 1. 3. de legat. 2. L. 38. §. 3. de legat. 3. atque dotem seu donationem propter nuptias a defuncto coniugi superstiti reliquam Nou. 22. c. 20. §. 2. filii etiam si heredes patris non existant vel hereditate eius se abstineant, nulla ex parte amittunt.

dalis, repudiato allodio, nullo aere alieno defuncti obstringitur, in persona filii, successoris in feudum, pugnare visum est cum aequitate. Atque ut huic conuenienter, saluis principiis iuris feudalis, filius, maximis beneficiis deuinctus, debita patris exsoluat, et hunc nomini paterno honorem habeat, constitutum est, vt, nisi simul hereditatem patris allodialem suscipiat, commodo successionis feudalnis frui non possit. Quintam, si ex fine iuris postiui rationem eius inferre licet, finis istius dispositionis, in ipso textu feudali proditus, magnum ad illam confirmandam argumentum affert, quippe qui in eo collocatur, ut filius aes alienum patris soluere obligetur. Hunc finem vnicum ibidem propositum esse, patet ex ipsa constitutionis istius dispositione, quae tota in eo versatur, ut definiat, quatenus filius, successor in feudum, onera hereditaria, hoc est, obligationes, quae ad heredem, qua talem, pertinent, suscipere teneatur.

## §. VII.

Pertinet textus II. F. 45. speciatim ad feudum  
ex pacto et prouidentia maiorum, et ideo ad  
omnia feuda.

Sed haec iuris Longobardici dispositio ad feudum hereditarium adstringenda nonnullis videtur f). Verum quae hac dispositione inducitur inter filium et agnatum differentia, nulla cernitur in feudo hereditario, quippe quod sua natura ita comparatum est, ut nullus successor, siue filius siue agnatus, repudiata hereditate illud consequi possit. Neque

B 2 quum

f) HVNNIVS trahit. feud. c. 10.  
p. 206. ROSENTHAL trahit. iur.  
feud. c. 2. concl. 33. n. 18. s. concl.  
34. n. 3. GAILL. præf. obs. L. 2.  
obs. 128. n. 19. obs. 154. n. 1. ZA-  
SIVS epit. in vñs feudor. P. 8. n. 9.

quum feudum hereditarium a communi feudorum ratione omnino deflectat, legem de feudis latam ita interpretari licet, ut ad illud, non vero ad feudum ex pacto et prouidentia pertineat. Quamobrem ad feudum ex pacto et prouidentia illam spectare statuendum est g); licet caeteroquin dubium non sit, nec feudum hereditarium filium absque hereditate obtinere posse. Quamquam autem dispositio II. F. 45. ad feudum paternum ad agnatos transiturum pertineat, eidem tamen in feudo nouo, a patre acquisito, locum esse, vix ambigi potest h).

### §. VIII.

#### *Exceptus est textu II. F. 45. casus nouae inuestiturac.*

Caeterum ipsa dispositio, quae filium, successorem in feudum, simul heredem in allodio esse iubet, viam commonstrat, quam ingressus filius, relatio hoc, illius compos fieri possit,

g) STRV VIVS synt. iur. feud. c. 9. aph. II. n. 2. H. PISTOR quaest. iur. L. 2. qu. 2. n. 10. f. LVDEWIG de obligat. successor. in princip. et client. S. R. I. ex fatto successoris c. 5. §. 6. 7. 8. FINCKELTHAVS contr. feud. D. 6. §. 22. p. 205. MERENDA controu. iur. Vol. I. L. 6. c. 15. n. 3. f. FACHINEVS controu. iur. T. 2. L. 7. c. 6.

h) de BRAVN l. not. e. ad §. 4. cit. p. 12. 13. In alia opinione est G. H. BRVKNER in D. de dispositione parentum vasallorum inter liberos suos quoad feuda §. 11. qui regulam, quae II. F. 45. continetur, vbi prae-

ter filios agnati, a primo acquirentes descendentes, non adfunt, valere negat. Sed nimium ita et sine ratione haec regula coangustari videtur. Generaliter illa enunciatur II. F. 45. et 51. §. 4. et quidem priori loco similis casus exprimitur, vbi agnati adfunt, atque ad hos, repudiata hereditate, feudum pertinere statuitur. De altero casu, vbi solus superest dominus, cui feudum repudiatum obuenire possit, nihil quidem speciatim cautum est; de eo tamen ex natura repudiationis feudi iudicandum est, cuius is est effectus, vt feudum, deficiente herede feudalii, ad dominum reuertatur.

possit, scilicet, ut, utroque repudiatio, cum *consensu agnatorum* nouam de feudo inuestituram a domino impetrare contendat. Agnatorum consensus exigitur, tum quod feudum a filio repudiatum ad ipsos, tamquam proximiores pertinet, tum quod iis inuitis per nouam inuestituram feudum antiquum in nouum conuersti, sicque eorundem ius in feudum tolli nequit. Quodsi vero filius ea conditione feudum repudiat, ut ipsi rursus tamquam antiquum conferatur, atque dominus eundem *iure feudi antiqui* inuestit, agnatorum consensus haud requirendus esse videtur, quum et filio hanc conditio nem repudiationi addere integrum sit, et, iure agnatorum succedendi salvo manente, nihil eorum interfit, filium feendum habere absque hereditate *i).* Creditores autem in nouam inuestituram consentire necesse non est *k*), nec filius legitime iure suo usurpus illis facit iniuriam; quamquam ita euenniat, ut lex, quae consulit iis ac prospicit, in certo casu commoda concessa rursus auferat. Neque est, quod de eo conquerantur creditores, qui, allodium et feudo a filio repudiato, nisi hypotheca in feudo rite iis sit constituta, in idem crediti periculum incurruunt, dum feendum vel ad agnatum vel ad dominum reddit, ipsis non nisi hereditate obaerata relicta.

## §. IX.

*Locus non est dispositioni II. F. 45. ubi feudum et allodium morte patris non simul filio defertur.*

Praeterea ut ista iuris Longobardici dispositio in feudo ex pacto et prouidentia maiorum lecum habeat, non minus

B 3 here-

i) ROSENTHAL tract. iur. feud. k) ROSENTHAL I. c. concl. 17.  
e. 10, concl. 39. n. 14. u. 6. f. lit. g.

hereditatem paternam, quam successionem in feudum filio post patris mortem delatam esse oportet; idque ipsum ex verbis textus II. F. 45. perspicue appetet. Ex quo aestimari potest, quando illa quidem cesse, et filio, licet heres patris non sit, successio in feudum tamen salua sit *l).* Quodsi ergo I. contingit, ut filio, ad hereditatem patris prorsus non vocato, deferatur successio in feudum, hoc absque illa poterit retinere *m).* Repudiatio enim non intelligitur, nisi, iudice **ULPIANO**, *hereditas in ea causa sit, ut adiri possit n):* et, vbi de hereditate vel retinenda vel repudianda agitur, eam delatam esse necesse est: **PAVLO** enim monente, *quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest o).* Atque ea est mens legis, quae vti id ipsum diserte requirit in agnato, ut ad eum vniuersa hereditas pertineat, cuius repudiandae arbitrium, saluo feudo, ipsi permittit, ita idem ponit in filio, cui hoc arbitrium negat. Filio igitur per exhereditationem *p),* siue iustum siue iniustum, vel per praeteritionem, cui suo iure acquieuit *q),* a paterna hereditate excluso manet ius succedendi in feudum a maioribus delatum. Quae si bona fide geruntur, creditores, patrimonio forsitan postea diminuto, perperam oblistere conantur, quoniam ad hunc causum dispositio iuris feudalnis non pertinet, et filius nullo vinculo

- l)* Causas, quae liberant filium  
necessitate suscipiendi hereditatem,  
enumerant **DE BRAVN** l. c. p. 29.  
**J. BERLICH** concl. pratti. P. 2.  
concl. 56. n. 26. s. **SONSBEKIVS**  
**Com.** ad us. feud. P. 9. n. 165. s.  
**STRUVIVS** synt. iur. feud. c. 14.  
aph. 30. n. 7. s. **ZASIVS** ep. in us.  
feud. P. 8. n. 11. s. **SCHNEIDER**.  
**WINVS** epit. in us. feud. P. 6. cap.  
de suc. desc. mact. p. 509. s.  
*m)* **ROSENTHAL** tratti. iur.
- feud. c. 7. concl. 20. n. 58. cap. ii.*  
*concl. 6. n. 7. 8. 9.*  
*n) L. 13. pr. D. de adquir. vel*  
*omitt. hered.*  
*o) L. 174. §. 1. de reg. iur. L. 4.*  
*D. de adqr. l. omit. hered.*  
*p) BOGERVUS de iure succed. in*  
*feud. cap. ult. qu. I. p. 471. LVDE-*  
*WELL tratti. feud. tr. de success. feud.*  
*c. 3. p. 183.*  
*q) L. 17. D. de iniusto, rupto,*  
*irrito factio testam.*

culo ad impugnandum patris testamentum obstringitur, nec in eo, quod iure suo vtatur, inuidendum ei est. Sin vero dolo patris eoque animo haec aguntur, ut creditoribus no- ceatur, ab iisdem, quae fraude gesta sunt, reuocari possunt r). Deinde II. saluum filio est ius succedendi in feudum, licet patris heres non sit, si id ei per mortem patris haud deser- tur. Patre itaque mortuo, antequam feudum ex prima in- uestitura ad eum peruererit, filius repudiata licet patris he- reditate aere alieno exhausta succedere potest in feudum per mortem cui deinceps ad ipsum deuolutum, quamvis cui si- mul hereditatem amplecti teneatur s). Pariter filius, in cu- ius commodum pater successionem in feudum repudiauit, aut cui bona fide feudum refutauit t), post mortem patris here- ditatem eius repudiare potest, salvo feudo iam acquisito. Retinere enim hereditatem filius iubetur, cui ea simul cum feudo a patre obuenit, non vero is, qui alia ratione, quam morte patris feudum natus est.

### §. X.

*Nec, vbi creditorum non interest hereditatem a filio retineri, aut filius simul cum patre inuestitus est.*

Quum porro III. in utilitatem creditorum constitutum sit, ut filius, patris successor, debito hereditario obstringatur, a quo agnatus liberare se potest hereditatis repudiatione: in omni casu, vbi creditorum nihil interest, filio perinde ac agna-

to

r) L. 1. D. quae in fraudem crea-  
ditor. facta sunt.

s) Nepotes enim aequo iure ac  
filii vtuntur. §. 6. I. de hered. quae  
ab inies. defer. atque filiorum appell-

latione nepotes quoque continentur.  
L. 84. 201. 220. §. 1. f. D. de verb.  
signif.

t) TELLERI D. de obligatione  
filiorum in feudo §. 17.

to aequalem conditionem atque liberum in repudianda adeundae hereditate seruatum esse iudicium existimandum est. Hinc si hereditas locuples ac referta simul cum feudo filio defertur, hoc contentus lucrum illud relinquere et hereditatem in commodum filiarum repudiare posse videtur *u*). Atque ex eo quoque apparet, filium, paternae hereditati sese immiscentem, feudi successionem praetermittere posse *x*). Quae enim generaliter in textu *II. F. 45.* efferuntur verba, aut vtrumque retineat, aut vtrumque repudiet, et, quod alterum sine altero retineri non possit, ad eum casum, vbi filius, repudiato al-  
lodio, feudum retinere cupit, pertinere videntur. Neque etiam ius feudale definit modum hereditatem acquirendi, nec feudum ex pacto et prouidentia pro parte hereditatis haberi potest, vt nullo modo ab hoc diuelli possit. Denique *IV.* nec ad eum casum referri potest dispositio *II. F. 45.* quo filius simul cum patre inuestitus seu in simultaneam inuestituram cum eo receptus est, sed, quum iam vi propriae inuestiturae in feudum succedat, facultas hereditatem retento feudo repudiandi ei attribuenda *y*).

### §. XI.

*Per dispositionem II. F. 45. successio filii in feudum non immutata est in hereditariam.*

Sed hac ipsa feudi et hereditatis in filio coniunctione haud exaequata est vtraque successio, feudalis et hereditaria.

*u)* SONSBEKIVS com. ad *vs.* *feud.* *P. 9. n. 15.* BERLICH *concl.* *pract.* *P. 2. concl. 56. n. 26.*  
*x)* ROSENTHAL *tratl. iur. feud.* *c. 7. concl. 21. n. 15.* ZASIVS *ep. in*

*vs. feud. P. 9. n. 15.* SONSBEKIVS  
I.C. IACOBINVS DE S. GEORGIO  
tratl. de feudis *p. 118. n. 3.*  
*y)* de BRAVN *l. c. p. 31.* STRV-  
VIVS

ria, nec vtriusque discrimin sublatum z). Quod filius et heres et successor feudalis esse debeat, non pertinet ad naturam ipsius successionis, sed ad personam, quae succedit. Neque ex ipsa lege, neo ex natura istius coniunctionis, nec ex iuris analogia argumentum duci potest, quo successionem feudalem conuersam et immutatam esse in hereditariam confirmetur. Iure Longobardico filii per inuestitaram maiorum ad successionem vocantur a), ac ne nullum quidem successionis hereditariae in feudis vestigium exstat. Multo minus natura huius coniunctionis, qua una existit in filio successio feudal is et hereditaria, impedit, ne vtriusque, diuerso prorsus titulo delatae, ratio distincta ac separata permaneat. Diuersa enim iura proterea, quod in eadem persona, diuerso iure eadem tenente, consociata sunt, nulla ex parte immutantur: neque coniunctioni feudi et allodii in filiis maior ac in agnatis vis et effectus tribui potest. Denique id ipsum, quod iura, quae aliunde, quam ex defuncti voluntate proficiscuntur, dum per mortem eius simul cum hereditate obueniunt, haud mutantur atque debilitentur, a iuris communis regulis nequaquam alienum est b).

## §. XII.

VIVS synt. iur. feud. c. 14. aph.  
30. n. II. I. G. BAVER de vasallo  
exheredante §. vlt.

z) PISTOR quæst. iur. L. 2. qu.  
2. n. 33. f. LV DE WIG de oblig. suc-  
cessi. in princip. et client. S. R. I. ex  
facto successoris c. f. §. 7. not. n. RO-  
SENTHAL tr. iur. feud. c. 9. m. 2.  
concl. 72. n. 5. BETSIVS de stat.  
patr. et cons. fam. illistr. c. 9. §. 45.  
p. 400. TELLER D. de obligatione  
filiorum in feudo §. 6. HOMBERG  
ZV VACH in epistola gratulatoria

adiuncta Diff. sub eius praefidio a  
L. CH. LAPPE habitæ: de patre  
vasallo liberis exheredatione vel ina-  
quali diuisione ne iure Long. quidem  
præiudicante. Successionem filio-  
rum in feudum cum successione in  
allodium confusam, sive utramque  
hereditariam esse censet I. G. BA-  
VER in Diff. de vasallo exheredante §.  
4. f. et in Diff. de primogenitura sine  
consensu principis ordinata §. 24.

a) I. F. 14. §. 1.

b) Ita in L. 8. C. ad leg. Falcid.

C vbi

## §. XII.

*Filius heres aës alienum patris ex fructibus  
feudi soluere tenetur.*

Vis coniunctae successionis feudalis et hereditariae ex natura vtriusque propria aestimanda est, atque ita utraque amplectenda, vt his, quae sunt iura successionis hereditariorum, locus relinquatur in iis rebus, quae in bonis hereditaris et alodialibus habentur, quae vero sunt successionis feudalis, in feudo ex pacto et prouidentia ad filium deuoluto seruentur, vtriusque vero rationes haud confundantur. Per suscep- tam hereditatem filius eiusdem potestatis ac juris esse censetur, cuius defunctus fuit c), et pro ea parte, qua patris heres est, factum eius ex bonis, quae ad hereditatem eius pertinent d), nec non ex bonis propriis e) praestare, conuentis eius stare, fidemque liberare, et eatenus quae ab eo gesta sunt consenuit suo firmare tenetur f). Iam vero quum fructus feudi, qui filio post mortem patris obueniunt, ad bona ipsius propria pertineant, ex iis quoque filius heres factum defuncti debet praestare ac debita paterna soluere. At ipsum feendum ex pacto et prouidentia neque est pars hereditatis, neque ad bona ipsius hereditatis propria pertinet, sed penes filium est eadem lege restitu- tio- nis, quia penes patrem fuit; quamobrem nec filius heres facta patris, quae ad ipsum feendum eiusue substantiam spectant, praestare obligatur. Atque haec quoque est mens iuris Longobara-

vbi heres fideicommisarius a fiduciario heres scriptus est, fideicommissi et hereditatis iura distinguuntur, atque heredem scriptum fidei commissum debitum aeris alieni loco deducere, et in residuo legis Falci- diae beneficio uti posse constituitur.

c) L. 59. de reg. iur.

d) L. 149. de reg. iur. L. 7. C. de bonis autor. iud. possid. L. 10. C. de solutionib. L. 15. C. de donat.

e) L. 14. C. de rei vindicat. L. 14. C. de evit. L. 24. C. de donat.

f) L. 7. C. de liberali causa.

gobardici II. E 45. Agitur ibi primum de agnato, atque de eo statuitur, repudiata defuncti vasalli hereditate nihil *de debito hereditario feudi nomine* soluere eum cogi: ex quo, argumento a contrario ducto, id tantum colligitur, eundem, adita defuncti hereditate debitibus hereditariis obstrictum teneri. Deinde habita et filii ratione, in proposito casu excepto, quo filius, repudiata patris hereditate, nouam feudi inuestituram a domino impetrat, ipsi nullum onus hereditarium *imminere* traditur. Quod in agnato *debitum hereditarium* dicitur, idem in filio vocatur *onus hereditarium*; atque hoc vterque tamquam heres seu successor vniuersalis sustinere debet. Id vero ad alia bona non pertinet, quam ad hereditaria vel ad bona heredis propria, in quibus heres factus tacite se ad ea obstringit, quibus defunctus obligatus erat; quorum numero quidem fructus feudi haberri possunt, non vero ipsum feudum <sup>g)</sup>; quippe quod nec patris nec filii dispositioni ita subest, vt debitibus hereditariis obnoxium effici queat.

### §. XIII.

*Ab hoc onere beneficio inuentarii se liberare nequit.*

Sed quum id heredi iure ciuili sit datum, vt confecto inuentorio hereditatem absque periculo rerum suarum habeat, de eo ambigitur, num filius successor feudalis et heres simul, adhibito beneficio inuentarii, vltra id, quod hereditario iure ad eum peruenit, creditoribus patris teneatur. Qua in re duo omnino separanda sunt momenta, quorum vnum pertinet ad

C 2

ipsum

g) Hoc argumentum exposuit ILL. LVSTR. DE NETTELBLADT de successore ex pacto et prouidentia ma-

iorum ad facta ultimi defuncti licet eius heres sit praeflenda non obligata. c. 3. f. 2. §. 5.

ipsum beneficium inuentarii, alterum ad iustum eiusdem applicationem. Quoad prius, beneficium inuentarii, cuique heredi proditum, filio vasallo quoque in hereditate ex lege ad eundam tribendum est. Ius Longobardicum enim filio tantum praescribit, vt hereditatem simul cum feudo suscipiat, modum vero, quo eam adire oporteat, non definit. Quae causa, quum allodialis sit, ex iure communi diiudicanda, idque eo magis, quod ea de re nihil huic adversum cautum est iure feudali. Quod vero attinet ad huius beneficii applicationem, praetermitto eos effectus istius beneficii, de quibus vix controuersia oriri potest, ac de eo in primis effectu dispergo, qui continetur praestatione factorum patris debitorumque paternorum solutione, secundum vires hereditatis facienda. Is autem effectus eatenus recte in filium vasallum, hereditatem patris cum beneficio inuentarii adeuntem, transfertur, quoad conuenit sententiae juris Longobardici, ex qua videlicet filius facta patris tam ex bonis, quae ad hereditatem pertinent, quam ex fructibus feudi praestare obligatur. Fructus feudi, habita eorum ratione in computanda forte, aestimationem feudi efficiunt, ac proinde menti juris Longobardici consentaneum est, filium teneri ad debita paterna exsoluenda secundum vires hereditatis et feudi, quoad aestimationem spectati. Ne vero illud onus hereditarium, quod utriusque aestimationem exsuperat, filio heredi immineat, beneficium inuentarii impedit *h*); quo tamen neglecto debitum paternum in solidum obstringitur *i*). At non ea vis huic beneficio tribui potest, vt filium vasalli patris heredem a solutione debitorum paternorum, quae superant hereditatem, liberet, vtque fructuum feudi nomine nihil

*h) VENER. PARENTS princip. iur. 487. n. 194. STRVVIVS synt. iur. feud. §. 313. I. H. BAVER de vasallo ex heredante §. 7. MEVII discussio feud. c. 14. aph. 30. n. 4.*  
*leuaminum inopiae debitorum c. 7. p. i) L. vlt. §. 12. C. de iure deliber.*

hil de debito haereditario soluere cogantur *k*). Hac quidem ratione iuris Longobardici dispositio prorsus euerteretur. Repudiare enim hereditatem retento feudo, quod filio negatum est, si effectus spectatur, vnum idemque est atque eam adire et creditoribus paternis non nisi secundum vires hereditatis satisfacere *l*). Caeterum agnatus in feudum successor, cui simul hereditatem defuncti sub beneficio inuentarii adire visum est, ultra vires hereditatis non tenetur, quum in eo cesset ista dispositio iuris Longobardici, qua usus huius beneficij in filio circumscrribitur.

#### §. XIV.

#### *Effectus repudiationis utriusque et feudi et allodii a filio factae.*

Tandem feudo aequo atque allodio propter magnum ac graue aes alienum patris a filio repudiato, ex fructibus feudi repudiati nihil creditoribus debetur. Quum enim ob ipsam feudi repudiationem a filio factam illud ex dispositione iuris feudalium ad agnatos *m*), vel his deficentibus ad dominum pertineat, consequens est, vt et fructus feudi iisdem debeantur.

C 3

Ne-

*k*) Ita sentiunt FINKELTHAVS  
feud. controu. D. 6. §. 22. p. 207.  
ROSENTHAL tract. iur. feud. c. 9.  
*m.* 2. concl. 71 HAMELIUS tract.  
iur. feud. cap. 4 concl. 3. n. 39. f. LV D.  
WELL tract. feud. tr. de success. feud.  
c. 1. p. 142. GAILL tract. obs. L.  
2. obs. 154. n. 16.

*l*) PISTOR quæst. iur. L. 2. qu.  
2. n. 45. 46. STRUVIUS l. c. n. 3.  
BERLICH concl. tract. P. 2. concl.  
55. n. 9. SONSBEKIUS Com. ad  
vñ. feud. P. 9. n. 169. BOCKERVS

de iure succed. in feud. cap. ult. qu.  
2. p. 475. f. BETSIUS flat patr.  
et conj. fam. illust. c. 9. §. 48. p. 406.  
Atque ita in causa filii in feudum  
gentilium succedentis, et, vt a debito  
hereditario vires allodii superante  
se liberaret, ad beneficium in  
uentarii prouocantis iudicatum es-  
se refert. Io. Vtr. de CRAMER obs.  
iur. vñia. T. 1, obs. 280. p. 630.

*m*) II. F. 45. §. 1. quo repudiato,  
ad agnatos pertinebit.

Neque ratio intelligitur, ex qua creditores post patris debitoris mortem ex fructibus feudi, quod morte ipsius in bonis eius esse definit, aeris alieni solutionem exigere possint. Etenim feudo ad filium non deuoluto, nullum ius creditoribus in fructibus feudi lege relatum est, nec ad eos ius aliquod in ipsum feudum pertinet, propter quod, ut ex fructibus feudi ipsis satisfiat, petere possint. Dispositio igitur, quae II. F. 45. continetur, eatenus quidem commodis creditorum fauet, quoad filio adimit facultatem succedendi in feudum repudiata hereditate, non vero quatenus, repudiato et feudo et allodio, feudum, ideoque et fructus feudi, ad agnatos pertinere constituit; quamobrem nec ratio, quod in commodum creditorum illa proposita sit, vilius in hac re ponderis ac momenti est *n*). Neque vero filius, qui facultate per repudiationem vtriusque liberandi se ab onere hereditario vtitur, quum lege ipsi seruata sit, quidquam in fraudem creditorum facit *o*). Praeterea ex natura repudiationis vtriusque, feudi et allodii, illud quoque perspicitur, pertinere eam tantum ad ius praesens in feudum succedendi per mortem patris delatum, nec in ea agi de dimittendo omni iure, ex pacto primi acquirentis quae sit. Quod si igitur agnatus, ad quem feudum a filio repudiatum peruenit, sine herede deceperit, ad filium repudiantem ceu proximum agnatum illud reuertitur. Salua enim manet causa, ex qua futurum succedendi ius nascitur, quippe quae in prima inuestitura posita est; non autem ex eo, quod ad agnatum feudum

*n*) Tenenda haec sunt aduersus Aug. de LEYSER, qui in obseru. et annot. in WISMANNI Diff. de feudi Brunsuicenibus et Luneburgicis §. 39. existimat, ex feudi a filio repudiati et ad agnatos vel dominum deuoluti fructibus satisficiendum ef-

se creditoribus, donec repudians eiusue descendentes superstites sint.

*o*) Id, quod in simili arguento docuit Vir illustris Gust. Bernhard BECMANNVS in Diff. de debitorum obaerato in praeiudicium creditorum non acquirente. §. 21.

dum antiquum repudiatum peruenit, idcirco in nouum illud immutatur p). Similis est ista repudiatio illi, quae occurrit in diuisione; qua feudum, salvo reliquorum succedendi iure q), vni ex consortibus obuenit. Agnato itaque, ad quem feudum peruenit, mortuo, quum repudians eiusdemque filii in vita sunt, illud domino apertum dici nequit. Nam quod ad ex his, qui prima inuestitura ad feudum vocantur, quis supereft, ad dominum feudum non reuertitur, nisi tale quid a vasallo sit commifsum, quo feudi priuationem meruerit. At neque repudiatio feudi et allodi pro felonie, neque exclusio a successione, quae illam infequitur, pro poena haberri potest.

### §. XV.

#### *Auctoritas textus II. F. 45. hodierna.*

Exposui iuris Longobardici de filio necessario in allodio herede sententiam. In moribus antiquis Germanorum nullum apparet vestigium necessitatis simul cum feudo hereditatem suscipiendo filio impositae, sed filio aequo atque agnato facultas feudum repudiata hereditate retinendi iure Germanico relicta est r). Iure Longobardico vero per Germaniam tamquam communis recepto, ita quoque dispositio, quae filium ad feudum adspirantem hereditatem adire iubet, in usum deducta est

p) II. F. 14. 49.

q) II. F. 50.

r) Ius Saxon. provinc. L. 2. art. 21. vbi filii, licet hereditatem patris non adierit, in feudum eius succedentis mentio fit. LVDEWIG de oblig. success. in principat. et client. S. R. I. ex fatto decessoris cap. 6. §. 2. not. a. KOBIVS de pecunia mutuaticia tuto collocanda c. 6. §. 71.

B. AVVS consult. et decif. iur. P. 2. resp. 87. q. II. n. 39. f. Nullam quoque fuisse apud veteres Germanos filii obligationem, ad facta patris in feudo praefstanda apparet ex I. Sax. prou. L. 1. art. 9. 52. I. feud. Sax. c. 35. c. 70. §. 4. ex edit. Senckenberg. SCHILTER com. ad ius feud. Alem. c. 64. §. 5. f. c. 98. §. 4.

est s); eaque multis constitutionibus particularibus prouinciarum Germaniae repetita ac confirmata est t). Verum ut moribus Germanorum antiquis vis legis in foro tribuatur, eosdem vel speciali lege vel consuetudine seruatos esse ac retentos constare necesse est u). Praeeunte igitur iure Longobardico filius nec hodie repudiata hereditate feudum retinere potest, nisi aut consuetudine speciali aut lege haec facultas ei sit data x). Nec aliud obtinet in feudis imperii y), quum in iisdem

s) Praejudicia Germaniae Tribunalia et Collegiorum iuridicorum, quae euincunt usum II. F. 45. colegerunt W. A. SCHÖPFF in Diff. de prodrria iuris feudalis Longobardici prae*iure Alemanno*, praecipue in obligatione filii *fucceſoris* feudalis ad soluendum aes alienum conspicua §. 30. J. I. F. WESEL in Diff. an maioribus hodiernis et ex consuetudine inueterata vasallus sine dom. dir. ac agnat. confenſu quasdam feudi particulas subditis suis in emphyteufi concedere valeat, vt nec successores feudales descendentes vel collaterales illos vindicare queant? Ex eadem tentativa ius dicere Cameram Imperii, nec non Iudicium Imp. aul. docet DE CRAMER obs. iur. vniu. T. 1. obs. 422. cf. etiam STUCKII consilia conf. 26. n. 89. p. 897. et n. 311. p. 915.

t) Iura prouincialia de hoc arguento collegit L V D E W I G l. c. 6. §. 4. not. m. De iure Saxonico Eleitorali vid. Churf. Aug. Torgauisch. Auschreiben de a. 1583. §. welcher gestalt die Agnaten verb. da aber ein Vater. in LVNIGII corp. iur. feud. Germ. T. 2. p. 609. inf. CARP-

Z O V I I U R I S P R U D. forens. Rom. SAX, P. 2. conf. 47. def. 5. K O B I I tr. cit. §. 76. Idem ius obseruari in SAXONIA Ducali ostendit ROBIVS l. c. §. 77. quamquam dissentiat CARPOZIVVS l. c. def. 4. Usus textus II. F. 45. in terris Mecklenburgicis docet TORNOVIVS in tr. de feudis Mecklenburgicis c. 3. f. 5. §. 1. p. 596. in feudis Pomeraniae ENGELBRECHT introd. in notitiam iur. feudor. Pomeraniae Suecicae c. 6. §. 8. p. 73. et in terris BRUNSWICO Luneburgicis Es. PVFENDORFIVS introd. in processum ciuilium Electoratus Brunswico Luneburgici P. 3. c. 22. §. 29. Aug. LEYSER de feudis Brunswicensibus et Luneburgicis c. 21. f. 2. n. 31. Testimonia publica curiarum feudalium ea de re exhibent LVNIGI corp. iur. feud. Germ. T. 2. p. 1367. n. 13. p. 1371. n. 51. STRUVIVS synt. iur. feud. c. 14. aph. 30. n. 2. p. 542.  
u) SCHÖPFFI. C. CRAMERI. C. T. I. obs. 422.

x) PARENTS VENER. princ. iur. feud. §. 140.  
y) ITTER de feudis imperii c. 18. §. 9.

iisdem ius Longobardicum tamquam ius commune receptum sit, nec adsint constitutiones imperii isti dispositioni repugnantes aduersantesue. Continenda tamen est obligatio filii, heredis et successoris feudalnis, iis finibus, qui legibus constituti sunt, nec ex Interpretum opinionibus ad ea facta patris, quae ad feudum spectant, transferenda (§. 10.).

### §. XVI.

#### *An expeditat tollere dispositionem II. F. 45.*

Sed utrum dispositio iuris feudalnis, qua filii non nisi susceppta hereditate ad successionem in feudum admittuntur, *hodie* quoque *seruanda* sit, an vero *abroganda*, in deliberationem nonnunquam incidit; atque de hoc problemate ante aliquot annos actum est inter ordines prouinciales Marchiae Brandenburgicae. Etenim non sine probabili ratione illud dici potest, reipublicae vel maxime expedire atque conducere, eos saluos esse florentesque, qui plurimum in ea valent, ordines scilicet prouinciales. Quum vero illa onus aeris alieni subeundi necessitate id efficiatur, ut possessiones, quae ad splendorem et dignitatem familiae seruandam augendamque plurimum conferunt, in periculum sequestrationis vel alienationis saepe ventur: ea ipsa rationem continere videtur, quamobrem lex illa exterminanda sit atque e republica tollenda. Sed ex altera parte non minus perpendendum est, interesse ipsorum vasallorum honorisque familiae, seruari illam legem, qua sublata

§. 9. p. 816. HORN D. de testamens- ne §. 47. HELLFELD elem. iur. feud.  
taria patris circa feudum dispositio- c. 7. f. 3. §. 257.

D



lata fides illorum, quum sine periculo haberi nequeat, minueretur et labefactaretur, atque euenire facile posset, vt ne amplissimorum quidem praediorum possessio ipsis in commoda publica quicquam audere contendentibus profutura sit. Deinde publicae utilitatis interest, non negligi causam creditorum, qui ob iustum solutionis spem, fidem debitori habuerunt. Atque haec ratio ad vniuersos spectat et ad communem salutem; ratio vero a conseruanda familiae dignitate repetita, ad singulos pertinet, eosdemque, quos prouidere et praecaure oportet, ne in posterorum detrimentum aes alienum contrahant. Quae cum ita sint, praeualuerunt adhuc rationes eorum, qui istam dispositionem seruandam esse censuerunt, nihilque ea in re immutatum est.



CA-

CAPUT II.  
DE  
IVRE FILII SVCCESSORIS IN FEVDVM, FACTO  
DE EO A PATRE TESTAMENTO.

§. I.

*Iure Longob. nulla est patri vasallo de feudo  
testandi potestas.*

**E**xposita filiorum in feudum successione, quoad ex lege proficiscitur, progredior ad ea, quae pertinent ad patris eam immutandi impediendie potestatem. Primum quidem de testamento patris de feudo, ac deinde de quauis alia dispositione et conuentione, qua illud a patre in alterum translatum est, dicere instituam. Supremum de feudo iudicium a vasallo proponi, leges Longobardicae generaliter vetant *a*). Ne autem ordinatio patris ad filiorum ius in feudo imminuendum vel tollendum quidquam valeat speciatim sancitur initio tituli octaui libri primi feudorum. Titulus hic inscribitur de successione feudi. Qualiter filii in feudum succedant, principio exponitur; et antecedenti orationi apta et connexa sunt, quae adiiciuntur verba, *nulla ordinatio defuncti in feudo manente vel valente*. Quae si contendantur, hanc veram legis sententiam esse intelligitur, vt quae filiis le-

D 2

ge

*a) II. F. 9. §. I. 55. pr.*

ge data est successio nulla patris vltima voluntate possit infringi ac labefactari b), sed vt quaevis supremae voluntatis dispositio sit nulla atque pro non scripta et perinde habeatur, ac si inserta testamento non fuerit. Scripta est haec lex generaliter, atque cum verba tum ratio eius tam late patent, vt ad omnem vltimam de feudo voluntatem, quauis licet ratione propositam, pertineat. Ipsa verba per se et vi sua omne genus ordinationis defuncti comprehendunt, maxime si ad ea, quae proxime antecedunt, referuntur. Continentur his duo momenta, vnum, *filios solos exclusis filiabus succedere*, alterum, *eosdem aequaliter succedere*. Ad utrumque verba iisdem subiecta accommodanda sunt. Quae quum ad prius referuntur, ordinationem defuncti non eo valere, vt ei obueniat feudum, ad quem ex prima inuestitura id non pertinet c), quum ad posterius, ne id quidem ea effici posse, vt inter eos, quos prima complectitur inuestitura, successio mutetur, perspicitur; atque sic generalis illa relinquitur norma, nullam valere defuncti de feudo ordinationem.

## §. II.

b) Quum de successione feudi per ordinationem defuncti immutanda hoc loco quaeratur, probabili ratione ad eam ordinationem, que mortis causa fit, referri videtur. *B O C E R V S de iure succendendi in feud. c. 1. qu. 1. p. 7.* Illo etiam assignationem feudi inter viuos factam comprehendendi censet *BITSCHIUS com. in consuet. feud. ad princ. tit. 8. Lib. 1. p. 112.* De donationibus mortis causa, quae ex sententia Leg. 4. in

f. *C. de donat. causa mortis.* eosdem fortuntur effectus, quos vltimae habent liberalitates, neque quacunque ex parte assimiles iis intelliguntur, idem quod de vltima voluntate iudicium ferendum est.

c) Ad illud modo locum hunc refert i. *GOD. BAVER* Diff. de primogenitura sine consensu principis ordinata §. 32. et in Diff. de vasallo exheredante §. 2.

## §. II.

*Prohibitae dispositionis testamentariae de feudo  
ratio.*

Non minus rationes, quibus haec iuris Longobardici dispositio inniti videtur, eam non contrahendam et in angustum deducendam esse conuincunt. Cognoscuntur cum ex iure succedendi in feudum, ad filios ex legis et primae inuestitutae beneficio pertinente, eoque a iudicio patris soluto, (*cap. I. §. 4*) tum etiam ex definita ac circumscripta vasalli potestate. Id ipsum autem, quod quis post mortem sua ordinatione certae rei conditionem ac possessorum praefinire possit, maximum est facultatis libere de ea disponendi argumentum qualis non cadit in feudum, ceu in rem, quam vasallus ea lege et pacto tenet, vt eam iis, qui idem ius, quod ipse in ea habent, integrum relinquit. Etenim aliorum in re certa ius, quae ab altero possidetur, intelligi non potest absque huius obligatione ad saluam illam et incolumem seruandam eamque restituendam: *quia*, vt verbis *IVSTINIANI* utar, *satis absurdum est, et irrationabile, rem quam in suis bonis pure non possidet, eam ad alios posse transferre, et alienam spem decipere d*). Iam vero vis atque firmitas negotii alicuius, iuris transferendi causa suscepit, a facultate agendi eius, qui illud gessit et hoc transferre cupiit, maxime pendet, qua deficiente nihil actum esse nihilque translatum existimandum est e). Neque etiam ius, quod morte durare desinit, per dispositionem, cuius ante mortem eius, qui illo vtitur, nulla est vis, in alterum transferri potest.

## D 3

## §. III.

d) *L. 3. §. 3. C. commun. de legat. et fideic.* e) *L. 20. pr. D. de acqr. rer. domin.*

---

### §. III.

*Aditio hereditatis paternae non impedit filium  
in persequendo feudo, de quo ordinatio a pa-  
tre facta est.*

Sed his non congruere nec cum iis constare illud, quod II. F. 45. et 51. §. 4. cautum est, atque ex harum legum sententia filium, *necessarium patris heredem, ultimam eius voluntatem sequi oportere, nonnulli statuunt f).* Quocirca tenendum est illud discriminem, quod est inter obligationem heredis ad seruandam defuncti voluntatem atque eam, quae pertinet ad satisfaciendum promissis defuncti rebusque ab eo contractis. *Haec, quum spectat ad obligationem defuncti, cuius personam sustinet heres g), eatenus implenda est, quoad respicit ad bona tum defuncti, tum heredis propria (cap. I. §. 12. et cap. seq. §. IV.) illa ab herede, dum hereditatem adit h), quoad defuncti voluntas legibus est consentanea i), contrahitur.* Quae igitur regula heredem cogit ut voluntati defuncti obsequatur, ad ea, quae ex huius iudicio pendent, modo

*f) RHETIVS Com. in ius feud. com. L. 1. t. 8. v. nulla ordinatio.  
n. 3. STRVVIUS synt. iur. feud. c. 9. aph. 12. n. 6. 7. 8. LV DOLF de introd. iur. primog. P. spec. aph. 7. n. 6. PVFENDOF obs. iur. uniu. T. 1. obs. 189. WERNHER sel. obs. for. T. I. P. 2. obs. 451. T. II. P. 7. obs. 231.*

*g) L. 37. 38. D. de adqr. vel omit. hered..*

*h) §. 5. I. de oblig. quae quasi ex contr. nascuntur. L. 5 §. 2. D. de ob-*

*lig. et ast. L. 3. §. 3. D. quib. ex caus. in possess. eatur.*

*i) Quocirca IV STINIANVS Nou. 22. cap. 20. §. 2. inf. sanxit, ne prae-  
mium ex lege descendens in filios ul-  
ta adiectione turbetur nec minuatur,  
ataque ultimam voluntatem tum de-  
mum obseruandam esse iussit, si quod  
praecepitur legitimum sit, aut si non  
illud aliqua lex prohibeat, Nou. I.  
cap. I. pr. Nemo enim, FOMPO-  
NIO auctore, potest in testamento suo  
cauere, ne leges in eo locum habeant,  
L. 55. D. de legat. I. L. 112. §. 3.  
eod.*

modo attinet, nec tam late manat, ut in iis quoque rebus, quae ex lege liberis debentur, patris arbitrium admittat. Id ipsum singulis, quae legibus prodita sunt, exemplis demonstratur. Ita enim ultimam voluntatem, qua pater a filio hereditatem restitui iussit *k*), vel qua plus nouercae reliquit, quam ad unumquemque liberorum prioris matrimonii peruenit *l*), vel eam denique, qua aut nihil aut minus legitima portione relictum, aut onus siue grauamen aliquod huic impositum est *m*), ad modum normamque legibus praescriptam a liberis heredibus renocari posse in promptu est. Atque ex his argumenta ducere licet ad explicandum ius filii heredis in feudo, ex lege ipsi reliquendo; indeque recte concluditur, filium, patris in allodium heredem, huius voluntate de feudo nequam obstrictum teneri. Neque autem apta et accommodata ad hunc locum sunt ea, quae de fideicommissio, hac lege alteri relicto, ne fundum alienaret, et ut in familia relinquoret, in legibus scripta sunt. Ex his scilicet colligitur, ultimam de eiusmodi fideicommissio voluntatem, qua in familia id relinquitur, omnino valere *n*), eodem autem per ultimam voluntatem in extraneum collato, heredes fiduciarii heredis illud persequi non posse, si praeter eos alii adsunt de familia, qui illud petant *o*), heredibus tamen in partem vo-

ca-

*k*) L. 6. pr. C. ad Sistum Trebel.

*l*) L. 6. pr. C. de secund. nupt.

*m*) L. 30. 32. C. de inoffic. testam.

*n*) Conficitur hoc cum ex L. 114. §. 17. de legat. 1. vbi, omnibus filiis heredibus institutis ex disparibus partibus, ex minore parte scripti petere non possunt, ut viriles, non hereditarias, partes in fideicommissio habeant, tum ex l. 67. §. 4. de legat. 2. vbi, duobus de familia non aequis

partibus heredibus institutis, atque parte fundi fideicommissarii extero legata, pars illis' relicta *praelegata* instar habetur, ex altera vero parte, extero relicta, qui de familia sunt virilem portionem petunt.

*o*) L. 114. §. 15. 16. de legat. 1. Cum pater, filio herede instituto, ex quo tres haberet nepotes, fideicommissit, ne fundum alienaret, et ut in familia relinquoret: et filius de-

scen-

catis p); sin vero nulli praeter hos de familia supersunt, iisdem fideicommissum petere integrum esse q). Quum vero legi, de feudis scriptae, et voluntati eorum, qui feudum constituant, minime satisfiat, si vni modo ex familia illud relinquatur, atque nulla sit vis ordinationis de feudo; aliquam autem vim habeat ordinatio de fideicommisso ita relicto, ut in familia maneat: vtriusque causa multum inter se distat longeque est diversa.

## §. IV.

scendens, duos heredes instituit, tertium exheredauit, eum fundum extraneo legavit: *Divi Senerus et Antonius recripsierunt, verum esse, non, paruisse voluntati defuncti filium. Sed et si cum duos exheredauit, unum heredem instituit, fundum extraneo legavit, putat Marcellus, posse exheredatos fideicommissum petere. Exheredatos, non heredes, posse fideicommissum petere affirmatur, quum illis voluntatem patris negligere licet, atque, dum iudem fundo fideicommissario fruuntur, simul quoque voluntati fideicommittentis satisfactum sit. Verum est enim in familia reliquise, licet uni reliquisset L. 114. §. 17. de legat. 1. et postquam parvum est voluntati, ceteri conditio- ne deficiunt, L. 67. §. 2. de legat. 2*

p) Proinde in L. 67. §. 3. de legat. 2, eiusmodi fideicommissum extraneo relictum, uno de familia herede instituto, peti posse dicitur, ac si nemo de familia heredi (fiduciario) heres exstitisset. Institutus ergo eodem, quo si heres scriptus

non esset veteretur, iure ad fideicommissum venit; id quod declaratur, verbis, quae insequuntur: *Verum is, qui heres scriptus est, ratione dolis exceptionis caeteris fideicommissum petentibus facere partem intelligitur: nam quae ratio caeteros admittit, eadem tacitam inducit pensationem i. e. solutionem seu distributionem eius, quod ad omnes pertinet. Hoc sensu pensatio in §. 4. eiusdem legis usurpatur: admissa propter heredes virilium portionum PENSATIONE.*

q) Id, quod colligitur ex sententia legum, quae voluntati fideicommittentis, ne fundus alienetur, et ut in familia relinquatur, parendum esse praecipiunt, atque iis de familia, qui heredes instituti sunt a fiduciario herede, ius petendi fundum fideicommissarium, extraneo relictum, tum modo non tribuunt, vbi alii de familia absunt, qui nullo vinculo impediti illum petere possint, (not. o) simulque tamen, vt heredes illi his, petentibus fideicommissum, partem faciant, constituunt, (not. p.)

## §. IV.

*Firmatur hoc argumento textuum II. F. 45. et  
51. §. 4.*

Quod ex natura obligationis heredis patet, filium vassalli, patris heredem, eiusdem ordinatione de feudo non obligari, iure quoque Longobardico declaratur. Constituta est hoc iure quoad filium necessitas utrumque, et feudum et hereditatem, vel amplectendi vel derelinquendi. (*cap. 1. §. 5. f.*) Quia ipsa necessitate efficitur, ut filio, ad hereditatem paternam suscipiendam parato, ius quoque sit retinendi feudum, licet ordinatione patris, quae ex iuris feudalis regulis nullius est momenti, alteri relatum sit. Hoc enim ius non potest esse non concessum filio, cui, facto etiam a patre de feudo testamento, ne sine hereditate feudum retineat, prescriptum est. Atque hanc feudi et hereditatis in persona filii coniunctionem ad eum quoque pertinere casum, quo ordinatio de feudo a patre facta est, cum ex eo, quod haec non valeat nec maneat, tum ex eo, quod generaliter illa legibus inducta sit, statuendum est. Neque etiam cit. leges ob finem, qui tantum ad solutionem aeris alieni paterni spectat, neque ob verba, *retinere*, ac *repudiare*, quae in iisdem reperiuntur, ad eum casum, quo feudum iudicio patris filio admitem non est, adstringendae sunt. Haec enim verba pertinent ad ius succedendi in feudum ex lege delatum, quod nulla ordinatione patris impeditur.

E

§. V.

## §. V.

*Neque magis tenetur filius ordinatione patris de feudo, si hereditate honoratus est amplius, quam illa oneratus.*

Atque de hac de filio herede, ad ultimam patris de feudo voluntatem seruandam non obligato, sententia eo minus ambigendum est, si nequidem tantum ex hereditate filio obuenit, quantum in feudi pretio est. Nam quod amplius heres alicui restituere rogatur, quam quod ipse ex testamento cepit, inutiliter relinquitur <sup>r)</sup>. Quodsi vero pater, facta de feudo ordinatione, filio praemium, feudi pretium exsuperans, ex hereditate concederit, faciliorem forsitan ac procliuorem eum ad quiescendum habebit. At nec illud filio, nihilominus iure suo vti connitenti, quominus neglecta patris voluntate feudum petat, obstatre existimo. Etenim ne lex illa Romana, qua testatori data est licentia res heredis <sup>s)</sup>, etiam restitutioni subiectas <sup>t)</sup>, alteri per ultimam voluntatem relin-

<sup>r)</sup> §. 1. in f. I. de singul. reb. per fideic. relikt.

<sup>s)</sup> L. 1. §. 17. D. ad Suum Trebel. L. 13. §. 4. D. de fundo dotali. L. 114. §. 3. de legat. 1. L. 122. §. vlt. eod. L. 6. §. 1. de legat. 3. L. 9. C. de fideicommissis. Quarum legum auctoritate patris de feudo ordinationem, modo praeter legitimam aliquid amplius ex hereditate filio relinquatur, valere censem HOR-

NIVS de testamentaria patris circa feudum dispositione §. 40. HEYDEN-

REICH de alienatione feudorum c. 16. §. 1. BETSIVS de past. stat. con-

fuet. fam. illustr. c. 9. §. 50. STRYK de cautel. testam. c. 6. m. 1. §. 4. MO-

SER Teut. StaatsR. T. 16. B. 3. c. 83. §. 17. in f. WERNHER sel. obs. for. T. II. P. 8. obs. 299.

<sup>t)</sup> L. 67. §. 5. de legat. 2. In hac lege, quum heres fiduciarius,

fundo fideicommissario ex sententia fideicommittentis vni ex familia reli-

cto, huius fidei commisit, vt extero fundum restituat, queritur num peti possit fideicommissum, et respondet

PAPINIANVS, ita denum peti posse, si fundi pretium efficiat. Addit

deinde, si talia verba suissent fidei-

com-

quendi, ad feuda transferatur, alia impedit Romanorum lex, qua heres, a testatore honoratus, eiusdem voluntati, quae legi alicui aduerfatur, obsequi non tenetur. Dum enim constituit IUSTINIANVS, heredes necessitatem habere, quaecunque testator, et honorans eos, disposuerit, omnimodo ea completere, adiicit, si, quod praecepitur, legitimum sit, aut si non illud aliqua Lex prohibeat u). Ordinationem autem aliquam ad interuertendam filiorum successionem fieri lex feudalis prohibet; sive voluntas patris quae feudum derelinquere filio praecepit, legitima non est, nec is eam implere vlla necessitate cogitur. Et hac in lege feudali omnes defuncti de feudo ordinationes, qualescunque sint, includuntur. Quum vero leges simpliciter, sine vlla exceptione vel distinctione prohibent imperantue, coniectura augurari licet, quasi haec earum sit mens, ut nullus casus excipiatur neque distinguatur x).

### §. VI.

*Remouetur argumentum de promtum ex lege feudali, qua feudo ob feloniam amissso filii ad id non admittuntur.*

Sed qui, vti quaevis in damnum liberorum agendi licentiam, ita et hanc ius succedendi in feudum testamento in-

E 2 ter-

commis: peto ne fundus de familia exeat, heredis (fiduciarii) heredem propter fideicommissum sequens in extraneum collatum, oneratum intelligi: petitur inde ceteris (qui heredes non sunt) ex primo testamento fideicommissum, post mortem videlicet eius qui primo electus est i. e. heridis fiduciarii, quem testator fideicommissio rursus oneravit, cui ta-

men simul aestimationem fundi reliquit. In eo autem continetur ratio decisionis, quae in hac lege reperitur, ei dissimilis, quam not. o. p. q. ad §. 3. h. c. proposui.

u) Nou. I. cap. I. pr.

x) Argumento sunt L. 8. D. de Publ. in rem act. et L. I. §. 3. D. de aleator.

teruertendi potestatem patri permittunt, illud quoque vrgent et in eo perstant, lege feudali praecipiente filiis propter feloniam patris feudi iacturam esse faciendam. Quam perperam haec ratio ineatur, ex eo quod interest inter iacturam, quam filius propter delictum patris ferre debet atque obligationem ad seruandam eius voluntatem, facile perspicitur. Illius causa posita non est in arbitrio et voluntate patris, sed in lege, quae, felonia a patre commissa, nullam esse filiorum successionem constituit. Tribuit lex ista domino ius persequendi ac repetendi feudum, vt hanc iniuriae sibi illatae habeat vindictam, vasallum vero, vt poenam luat, a feudo dimouet. Verum enim uero qua ratione ea, quae in poenam ob delictum constituta sunt, ita possint augeri et amplificari, vt iura singularia, eximia ac nullibi concessa inde explicentur, aut vix aut omnino non potest intelligi. Si vnquam certe in hac causa male adhibetur iuris analogia, vbi et ea, quae quaeruntur, speciali lege comprehensā sunt, et ratio, quae adsciscitur, neque eadem, quae rationi adiungitur, neque ei similis est, sed dispar omnino et diuersa y).

### §. VII.

*An pater ultima voluntate feudum non aequis partibus inter filios diuidere vel uni ex iis assignare possit?*

His generatim expositis, singulas quaestiones, quae tum propter variam de feudo disponendi rationem, tum propter

y) HAMELIUS tract. iur. feud. 242. BOCEVRVS tract. quaest. de c. 4. concl. 4. n. 38. 39. FINCKEL- iure succedendi in feud. c. 1. qu. 1. p. THAVS controv. feud. D. 6. c. 8. inf. 32. et de differentia et qualit. feudor. LVDWELL tract. feud. tr. 2. c. 5. p. c. 5. n. 46. p. 261.

pter diuersam feudorum naturam dubitationem aliquam habent, perstringam. Primum illam attingam quaestione, sive patri feendum testamento inaequabiliter inter liberos diuidendi, illudue vni ex iis assignandi potestas *z*). Quam bene feudales leges filiorum commodis ac saluti consuluerint et prospexerint et hac in re cernitur, siquidem aequa parte ac conditione feendum iis attribui voluerunt *a*), atque vel hac mente ne vlla valeat de feudo ordinatio prouiderunt. Feendum quidem diuisione ad vnum peruenire semel atque iterum in feudorum libris legitur *b*), at hanc non a patris iudicio sed a conuentione filiorum ac communi omnium consensu profici sci in promptu est *c*). Neque autem ex eo, quod filiis feendum diuidere integrum ac liberum est, sequitur illico patri quoque ius esse feendum in partes distribuendi *d*); illud pendet a iure ex pacto et prouidentia maiorum filiis omnibus delato, haec ex potestate statuendi ac iudicandi de iure alteri quaesito aestimanda est. Dum autem Romanorum iure vtimur, in aliam incurrimus difficultatem. Nam ius exigendi operas ad patroni liberos, licet aequalibus partibus non insit-

E 3 tutores,

*z*) Tractant hanc quaestione, BOCERV<sup>s</sup> de succed. in feud. c. 1. qu. 1. LUDWELL trah. feud. tr. 2. c. 5. p. 225. CVIACIVS de feudis L. 4. t. 54. in f. p. 242. GAILL. prati. obf. L. 2. obf. 116. n. 9. f. BITSCHIUS Com. in conf. feud. L. 1. t. 8. princ. p. III. DVARENVS Com. in conf. feud. c. 12. n. 17. HOMBERGK ZV VACH de patre vasallo liberis eshereditatione vel inaequali feudi diuisione ne iure Long. quidem praeindicante §. 14. f. In Saxonia Elektorali patri vasallo data est potestas testamento vni ex

filiis feendum assignandi. Cf. Mandatum Elektorale Saxonicum de renouatione feudi et inuestiture simulaneae d. d. 30. April. 1704. tit. I. §. 4. 5.

*a*) I. F. 1. §. 1. 8. pr.

*b*) II. F. 26. §. 7. 50. 93. 99.

*c*) BITSCHIUS l. c. HOTTO-MANNVS com. in lib. feud. L. 1. t. 8. §. 1. verb. ordin. def. p. 226.

*d*) Inde tamen, patrem feendum ita diuidere posse, vt ad vnum ex filiis deueniat, colligit SONSBECKIVS in Com. ad usus feud. P. 13. n. 159.

tutos, aequaliter pertinet e), et nihilominus pater vni ex iis illud assignare potest f). Verum ab hac de iure patronatus, tamquam iure proprio, disponendi potestate inepte argumentum ducitur ad facultatem de feudo disponendi, quae patri legi feudali ademta est, sique, ne omnia misceantur ac turbentur, nec ullus huic argumento locus relinquendus est g).

### S. VIII.

#### *An pater succedendi ordinem mutare possit?*

Similis occurrit quaestio, vtrum pater singularem succedendi ordinem, veluti ius primogeniturae, in feuda suo testamento introducere valeat? De qua vt existimetur, minus recte illius introductionis cum feudi venditione fit contentio ac comparatio, atque illius commoda, huius incommoda ostenduntur h). Potius, quum singularis succedendi ordo testamento inducatur, haec quaestio conferenda est legibus, quae ad testamentariam de feudo dispositionem attinent, ex quibus locum ei non esse conficitur. Nam dum prior ac potior constituitur conditio eius, qui primo natus est, reliquorum vero succedendi ius in aliud disseritur tempus, cuius modo expectatio et exigua illud vñquam attingendi spes iis relinquitur, atque sic in obtinendo iure quo iam vi legis frui possent, alia rursus interponitur mora, violantur leges, quae primam et aequalem esse omnium filiorum causam sanciunt, et ordinatio fit de feudo qualis nulla valere nec manere debet in filiorum detri-

e) L. 7. §. 6. D. de oper. libert.

f) L. 1. pr. D. de assignand. libert.

g) BITSCHIVS L. c. p. 112. BO  
CERVS l. c. p. 36. In L. 114. §. 17.  
de legat. 1. disparē fideicommissi

partes admittuntur, quum ex voluntate constituentis illud in familia modo, non etiam aequis partibus relinquendum erat.

h) LVDOLF de introd. iur. pri-  
mog. Part. spec. aph. 7. n. II.

detrimentum. Praeterea animaduertendum est filiorum ius in feudum, ex pacto maiorum competens, esse reale, radicatum ac formatum, vti vocari solet, neque in sola succedenti habilitate consistere <sup>i).</sup> Quae res hoc confirmatur argumento, quod feudum ad vasalli heredes in perpetuum pertineat, illud alienandi libertas ademta, atque alienati reuocandi potestas data sit. Verum propter publicam utilitatem, quae in obtinendo familiarum illustrium splendore versatur, patrem summi imperantis auctoritate unum ex filiis praecipuo iure ornare posse dubium non est. <sup>k).</sup>

### §. IX.

#### *Vtrum pater per exheredationem filium a feudo excludere possit?*

Neque porro vlla ratione attribui potest patri ius per exheredationem filium feudo priuandi <sup>l).</sup> Quae enim lege

IVSTI-

<sup>i)</sup> LVDOLF I. c. n. 7. et aph. 6. in 4. Propter hereditariam filiorum in feudum successionem ius primogeniturae, a patre introductum, ab iisdem seruandum esse cenfet I. G. BAVER de primogenitura sine consensu principis ordinata § 23. f.

<sup>k)</sup> VENER. PARENTS princ. iur. feud. §. 140. BRUCKNER de dispos. parent. vasal. inter liberos suos quo- ad feuda. §. 18. 19.

<sup>l)</sup> HOMBERGK ZV VACH de patre vasallo liberis exheredatione vel inaequali feudi divisione iure Long. quidem praeiudicante §. 9. 10. BO- CERVUS de iure succed. in feud. c. 1. qu. 3. c. 3. qu. II. 12. HVNNIUS

**IUSTINIANI** patri data est filium a successione ex certis causis excludendi potest non protracti potest ad feuda, in quibus omnis defuncti ordinatio lege sublata est. Causae vero, quamobrem vasallus feudum amittere debet, iure Longobardico definitae, non ad patrem respectum habent, sed ad dominum, ut is violatam vindicet fidelitatem. Quas quidem causas non abhorre a rationibus iuris ciuilis significatur in Lib. II. feud. tit. 24. §. 9. collatis iisdem cum causis, ex quibus liberi exheredantur, matrimonium dissoluitur, atque donationes reuocantur. Ex quo tamen minime efficitur, dominum ex iisdem causis, quibus filii exheredantur, vasallum feudo priuare posse *m*), et, dato eo, saltem patrem ideo filium a feudo dimouere posse ei consequens non est *n*). Etiamsi igitur filius ex tali causa, ob quam dominus vasallum feudo priuare potest, a patre sit exheredatus, nihilominus ad feendum admittendus est, nisi dominus, a quo et culpae veniam impetrare potest *o*), in eadem sit voluntate. At, filio ex iusta causa simul a hereditate excluso, illud forsitan obstat et impedire videtur, quod feendum absque hereditate retinere non possit. Verum tantum abest, ut omnino inuertere id licet, ut potius quotiescumque filius non sua, sed patris voluntate impeditur, quominus hereditatem suscipiat, a feudi successione arcendus non sit. (*cap. 1. §. 9.*) Neque vero, quod urget **BAVERVS**, *p*) filiorum in feendum successio est hereditaria, sed, ut ante (*cap. 1. §. 4. 11.*) dictum, ab hac diuersa omnino ac disiuncta est. Caeterum nec silentium patris aut neglecta heredis institutio in testamento filio fraudi esse potest *q*), quippe

*m) FINCKELTHAVSL. c. D. 10.*

*e. 6.*

*n) HORN de testam. patris circa  
feud. dispos. §. 33.*

*o) II. F. 55. §. 3.*

*p) in cit. Diff. de vasallo exhered.*

*§. 4. f.*

*q) BOHERVS I. c. c. 1. qu. 5.*

*p. 46. f.*

quippe hoc propterea rescissum nullius est momenti r); eo vero per filii assensum firmato, quae praeter voluntatem patris ad eum pertinent, capere non prohibetur.

### §. X.

*An pater conditione, relictis a se adiecta, filium adducere possit, ut ordinationem de feudo assensu suo comprobet?*

Quodsi pater filium sub conditione, ut factam de feudo ordinationem consensu suo firmet, heredem instituerit, conditioni huic filius inuitus stare non tenetur. Nam hac conditione, si vlla ei esset vis, efficeretur, ut, abstinenter se filio a paterna hereditate, ex sententia legis feudalis II. F. 45. eandem vero fuscipiente, ex voluntate patris feudum capere non possit s). Quum autem leges feudales filium, hereditatem patris obeuntem, et feudo frui velint, simulque ne id vlla patris ordinatione ei interuertatur, prouideant: conditione illa, qua filius, etiamsi hereditatem susceperit, nihilominus feudum relinquere obligatur, aperte fraus sit legibus, atque ideo pro inutili et non scripta habenda est t). De cae-

tero

r) L. 1. 17. D. de iniufo, rupto, irrito factio testam.

s) Legitimam enim accipere et reliquam hereditatem respovere integrum ei non est; heres enim, siue suis sit siue extraneus, aut totam hereditatem adgnoscere, aut a tota recedere debet L. 55. D. de adqr. vel omit. hered. nec pro parte eam scindendo adire potest L. 1. D. eod.

Neque magis iuuatur filius, qui, vt conditionem, heredis institutio- ni adiectam, effugiat, omissa causa testamento hereditatem ab intestato possidet; nihilosecundus enim conditio- ni in persona legatarii collatae pare- re tenetur L. 8. D. si quis omessa cau- sa testamenti. L. 1. §. 8. eod.

t) L. 14. D. de condit. instit.

### F



tero facta de feudo ordinatione ita legare poterit pater de rebus suis praeter legitimam filio relicta, vt nisi consensum in illam praestet, harum restituzione oneratus esse debeat. Saluum enim ei est eligendi arbitrium, vtrum retento feudo amplissimam hereditatem dimittere, an relicto illo hanc seruare velit. Atque vt ampliore hoc lucro fruatur conditioni, a patre scriptae, non inuitus stabit.

### §. XI.

#### *Vtrum ordinatio patris de fructibus feudi valeat?*

Attamen ea patris vasalli ordinatio, quae non attinet ad ipsum feudi ius vel imminuendum vel auferendum, qualis est ordinatio de fructibus feudi, lege feudali, quae nullam valere de feudo ordinationem constituit, haud impeditur. Haec enim ordinatio obligat personam heredis, non autem ipsum feudum, nec quod reliquis, intestitura comprehensis, in eo est, ius attingit. Praeterea fructus feudi non eo, quo feudum, vinculo a vasallo tenentur, sed in plena eiusdem potestate siti sunt, atque is in seruandis distrahendisue illis liberius ac solutior verlatur. Ordinatio igitur de certa parte fructuum ex feudo perceptorum ab herede alteri restituenda instar est legati rei heredis propriae. Quum autem testatori res heredis alteri relinquere integrum sit, modo amplius aliquod lucrum ex hereditate heredi assignet <sup>u)</sup>, pater quoque, ampliore praemio filio concessio, de fructibus feudi constituere potest.

<sup>u)</sup> §. 1. I. de singul. reb. per fidic. rel. L. 1. §. 17. D. ad Suum Trebel. Nihil enim videtur ex testiq-

mento capere, qui tantum erogat, quantum accepit L. 122. §. vlt. de leg. 1.

poterit x). Quodsi vero pater filium exheredauerit, simulque ei onus fructuum ex feudo exsoluendorum imposuerit, hoc suscipere filius non obligatur.

### §. XII.

*An de feudo hereditario pater testari possit?*

Quae hactenus exposita sunt, ad *feuda hereditaria mixta*, *quoad personas succedentes talia*, quoque pertinere videntur. Dum enim ad omnes a primo acquirente oriundos, qui ex *lege civili* succedunt, prima inuestitura dirigitur, succedentium quidem numerus quodammodo augetur, iura vero eorundem nullia ex parte amplificantur. Earum igitur legum, quae alienationem feudi aliamue de eo dispositionem prohibent, vis in tali feudo aequa ac in feudo ex prouidentia cernitur; et proinde siue pater filium ab eodem excluserit, siue inaequabiliter id diuiserit, siue nouum succedendi ordinem induxit, nullum exinde in filium incommodum redundat. Verum idem iudicium ferri nequit de *feudo hereditario mero et mixto*, *quoad modum succedendi tali*. Ex ipsa natura successionis hereditariae, in hisce feudis adoptatae, propter quam haec, sicut quaevis aliae res hereditario iure deuoluendae *ex beneficio defundi* deferuntur, perspicitur, ultimam patris voluntatem, qua eiusmodi feuda vni ex iis, qui lege vel pacto ad ea vocati sunt, relinquuntur, a filio, cui legitima portio, ex iisdem et alladio simul debita, obuenit, omnino seruandam esse y). Res enim

x) Tamen alimentis ex feudo legatis locus non erit dispositioni possessorum transferint bona, ex quibus debentur alimenta, praestanda finit.

Leg. 2. §. 1. D. de alimento. l. cibor. relitti. quod scilicet ad quemuis licet

y) HORN de testament. patris circa

enim, quae ex defuncti beneficio pendent, ad successorem legi constitutum, tunc demum pertinent, si easdem huic servare defuncto visum fuerit; neque tamen ille, si in alterum a defuncto collatae sunt, hoc nomine iure queri potest, nisi pars hereditatis ipsi necessario relinquenda vel imminuta vel prorsus ademta sit. Caeterum, quum per introductam successiōnem hereditariam iura domini nulla ratione immutentur, ordinatio defuncti vasalli, qua eiusmodi feudum in extraneum confertur, non nisi ex consensu domini vim habere potest.

### §. XIII.

#### *An consensu domini patri de feudo testari liceat?*

Sed an domini consensus eo valeat, ut ordinatio de feudo in filiorum detrimentum maneat, subinde quaeritur. Nulla certe subest causa, cur legem, quae omnem tollit de feudo ordinationem, ad eam tantum, quae fit absque consensu domini, pertinere interpretetur z). Is enim nil potest tribuerre, nilque relaxare, quam quod dominum attingit, ad eumque pertinet. Nullum autem domino est ius mutandi successiōnem, prima inuestitura constitutam, nec auferendi filii ius, ex eadem ipsis acquisitum. Quoad hoc igitur imminendum tollendumque consensus domini, a vasallo patre requisitus, nullum habet pondus ac momentum. Neque, dum inter liberos pater testatur, quidquam domini interest, vtrum omnes filii feu-

ta feud. disp. §. 9. STRVVIUS z) Ad hanc modo referunt I. synt. iur. feud. c. 9. aph. 12. n. 1. 2. F. 8. pr. PISTOR quaeſt. iur. L. STRYK de cautel. testament. c. 6. m. 2. qu. 4. n. 64. ZOESIVS prael. 2. §. 8.

feudo fruantur, an unus alterue, quem pater elegit; nec translationem feudi ad eos, qui prima uestitura continentur, a sensu domini comprobari opus est. Quod vero attinet ad feudum nouum, ius filiorum succedendi in illud, ex sola voluntate domini et patris, id acquirentis, pendet, siquidem ius futurum, nullo eorum facto concurrente, illis tantum constitutum est, quod post mortem patris demum illis perfecte acquiritur, ideoque mutua horum voluntate, ex quorum consensu natum est, rursus tolli potest a). Consentaneum est hoc naturae pactorum, quae, nullo aduersante nec impediente iure alteri ex iis quaesito, eadem, qua ineuntur, libertate mutantur ac dissoluuntur b). Atque lex feudalis filii vasalli seruat ac firmat ius in feudum succedendi, quod voluntate eorum, qui feudum constituunt, illis vel expresse vel tacite datum est. Quum vero hi in alia sunt voluntate, nec vnum ex lege ad illos pertinet in feudum ius. His accedit, ut priori parti tituli octaui libri secundi feudorum, vbi simul nullam valere defuncti ordinatio nem constituitur, in fine §. 2. subiiciuntur verba, haec de hoc feudo paterno. Quodsi vero filius, in cuius commodum contractus feudalis initus est, ius in feudum succedendi, sibi pro-

F 3

missum

a) PISTOR l. c. n. 75. HORN de testim. patris circa feud. dispos. §. 17. f. ZOESIVS l. c. 14. p. 105. §. 18. RÜDINGER controu. iur. feud. L. 1. c. 30. n. 7. BRUCKNER de disp. parent. vasal. inter liberos suos quoad feuda §. 8. MEIER D. de successione feudi t. 3. §. 4. BARDILI D. ius disponendi de feudo per ultimam volunt. thes. 20. Ne quidem cum consensu domini patri licere de feudo testari, censem BOCERVS de iure succed. in feud. c. 1. qu. 1. LYDWELL tract. feud. tr. 2. c. 5.

p. 245. f. et synops. iur. feud. c. 9. p. 182. FINCKELTHAVS contr. feud. D. 6. c. 8. HOMBERGK ZY VACH D. de patre vas. liberis exhered. l. inaeq. diuis. ne iure Long. quidem praeiudicante §. 11. 12. 15. HARTMANN D. ad const. iur. feud. qua vasallus prohibetur de bonis feudal. in testim. disponere §. 16.

b) §. 4. I. quib. mod. tollitur oblig. L. 35. D. dereg. iur. L. 3. D. de seru. exportand. L. 1. 6. C. si mancip. ita fuerit alienat. ut manumit.

missum acceperit; perinde ac si in simultaneam inuestituram receptus fuerit, illud sola voluntate domini et patris vasalli ipsi inuitio interuerti nequit.

#### §. XIV.

#### *An legati feudi aestimatio a filio debeatur?*

In legatis earum rerum, quae ad testatorem non pertinent, illud etiam quaeri solet, sitne saltem earumdem aestimatio ab herede praestanda. Etenim ex iuris Romani praecoptis eiusmodi rerum, si modo earum commercium est, aestimatio debetur *c*), nequaquam autem eius rei, cuius ne quidem commercium est *d*). Quibus dum vtimur in aestimando legato feudi, apparet, nec huius aestimationem deberi, quoties *absque consensu domini extraneo testamento reliquitor e*); hanc vero vtique ab herede exsoluendam esse, si vni ex iis, ad quos pertinet ex prima inuestitura, legatur *f*). Quo tam en casu nec illud praetermittendum est, quod ex rationibus iuris Romani patet, aestimationem deberi, quoad tantum ex hereditate, quantum in feudi pretio est, heredi obuenit. *Neminem enim oportet plus legati nomine praestare, quam ad eum ex hereditate peruenit g*).

#### §. XV.

*c) §. 4. I. de legat. L. 40. L. 114.  
§. 5. de legat. 1. L. 49. §. 3. delegat.*

*2. L. 14. §. 2. de legat. 3.*

*d) L. 39. §. 10. delegat. 1. L. 49.  
§. 2. de legat. 2. §. 4. I. de legatis.*

*e) VENERAND. PARENTS prin-  
cip. iur. feud. §. 293. HAMEL tralit.  
feud. c. 4. concl. 3. n. 61. f. FINCKEL-  
THAVS controu. feud. D. 6. c. 7.  
BOCERVS de iure succed. in feud.  
c. 1. qu. 8. HARTMAN D. ad const.  
iur. feud. quavasallus prohibetur de*

*bonis feudal in testam. disponere  
§. 27.*

*f) HAMEL 1. c. n. 79. Simpli-  
citer et sine distinctione feudi legati  
aestimationem ab herede praestan-  
dam esse centent. LUDWELL tralit.  
feud. tr. 2. de success. feud. c. 5. p.  
229. f. HVNNIVS tralit. feud. c. 10.  
p. 197. Chr. L. CRELL D. utrum  
feudo legato eins aestimatio debeatur  
§. 4. p. 27.*

*g) L. 1. §. 17. D. ad Sctum Tre-  
bell.*

---

### §. XV.

*An feudum propter testamentariam de eo dis-  
positionem ad dominum reuertatur?*

Feudo per ultimam voluntatem extraneo absque domini consensu relicto, quum quaestio in medio proponatur, num vasallus propterea feudo cadat, ius filiorum succedendi rursus in controuersia versatur. Verum nulla in eo continetur causa, cur vasallus feudo priuetur. Nam testamentaria de feudo dispositio nullum alteri tribuit ius in feudum, quippe quae nullius est ponderis ac momenti, sive nec ullum ea detrimentum domino adfert. Quum autem domino fraudi non est, nec ratio poenae, quae alienationem feudi absque domini consensu perfectam absolutamque sequitur, ad illam pertinet. Quamobrem testamentum a vasallo de feudo factum, aequa ac sola conuentio de feudo inita *h*), causam priuationis non continet *i*).

*bell. L. 17. §. 2. eod. L. 15. D. de in-  
re codicillor.*

*h) VENER. PAREN S princ. iur.  
feud. §. 272.*

*i) H. G. BAVER de testamenti-  
ficatione vasalli §. 28. H. GABRIE-  
LIII consilia Vol. I. conf. 83. n. 31.*

Ob testamentariam de feudo dispositio-  
nem illud domino committi arbit-  
rantur **HARTMAN** D. ad const.  
*iur. feud. qua vasal. prohibetur de  
bonis feudal. in testamento disponere*  
*§. 28. et H. a ROSENTHAL trait.*  
*iur. feud. cap. 7. concl. 3.*

---

CA

CAPVT III.  
DE  
IVRE FILII SVCESSORIS PERSEQVENDI FEV.  
DVM A PATRE VIVO IN ALTERVM  
TRANSLATVM.

SECTIO I.  
DE IVRE FILII REVOCANDI FEVDVM.

§. I.

*Generalia quaedam de feudi alienatione.*

**S**equitur ut disputem de alienatione feudi a patre viuo facta, atque de iure, quod exinde ad filium pertinet, feudum alienatum persequendi. Nulla quidem est vis alienationis feudi illicitae, sine permissione domini in extraneum factae a), quam et feudi amissio et pretii iactura sequitur b).

Atta-

a) *II. F. 55. pr. huiusmodi alienationis illicitas — haec praesentis sanctio cassamus, et in irritum deducimus. Hac legi FRIDERICI, si- cut ea, quam LOTHARIVS tulit II. F. 52. pr. vasalli prohibentur feudum quocunque modo distractare seu alienare, vel aliquod de eo commercium cogitare; iisdemque legibus haec adiungitur ratio, ne vasalli, beneficis suis exuti, seruitia subterfugiant, et vel non idonei deprehendantur, qui ad expeditionem in honorem et utilitatem imperii*

transduci possint. Quae verba et ratio ad omnem pertinent feudi alienationem, qua vasalli, commode feudi destituti, a subeundis seruitiis impediuntur. Ex quo efficitur feudi venditionem, donationem, permutationem, dationem feudi in solutum, in pignus, in dotem, absque consensu domini factas illicitas et nullas esse. *II. F. 42. §. 1. in f. Et quod dicitur de venditione, idem est in omnibus alienationibus.*

b) *II. F. 24. §. 12. 52. §. 1. 55. pr.*

Attamen aliqua ex parte valere potest alienatio feudi inter viuos facta, tum propter domini assensum *c*), tum ratione personae, in quam feudum confertur, si scilicet haec in prima inuestitura est comprehensa *d*). Quum enim in iusto titulo et subsequuta traditione omnis et acquirendi et transferendi iuris causa contineatur, illud saltem ius, quod *alienantis* est, transfertur, et, hoc durante, alienatio manet. Verum, ne in longius tempus ea valeat, impedit ius eorum, qui ad fendi successionem vocantur, alienatum feudum reuocandi; de quo iam priori sectione huius capituli dicendum est.

## §. II.

### *Iuris reuocandi natura.*

Etenim quod cuilibet est domino ius res suas inuito eo abalienatas atque ab aliis praeter iustam causam detentas ab iisdem repetendi, idem et successori feudali in re per primam inuestitaram ad se deuoluta attribuitur *e*). Appellatur *ius reuocandi*, idque nihil aliud est, nisi ius persequendi feudum ex iure delatae successionis aduersus quemcunque eius possessorem. Pendet illud a iure succedendi, quo impedito, cessat; neque prius eo vti licet, quam plene ad successorem delatum est. Itaque vasallum, a quo feudum in alterum translatum est, e vita decepsisse, atque sic ius, quoad ad illum pertinuit, extinctum esse oportet. De quo si constat, iuri reuocandi non modo locus est, quoties feudum ab eo tenetur, qui prima inuesti-

*c*) Assensu domini omnis feudi alienatio roboratur *I. F. 13. §. 3. pr.*  
salvo tamen iure eorum, qui haud consenserunt *II. F. 8. §. 1. 39. pr.*

G

*d*) *I. F. 13. §. 3. II. F. 3. §. 1. 39.*  
*e*) *II. F. 26. §. 13.*

uestitura omnino non est comprehensus, verum etiam si ab eo possidetur, qui prima inuestitura continetur, tamen lege nondum ad successionem feudi vocatus est. Caeterum actio, quae inde nascitur, instar *rei vindicationis* est f); et per illam, perinde ac per hanc, quilibet feudi possessor compellitur, nec is iure pollet, quidquam pretii nomine a reuocante recipiendi.

### §. III.

#### *Ius reuocandi vendicatur filii vasalli alienantis.*

Ius ipsum reuocandi feudum, absque eorum consensu alienatum, ad filios perinde pertinet atque ad agnatos g). Namque 1) illis itidem per inuestitoram primi acquirentis ac per leges successio in feudum desertur; in quo vno omne iuris reuocandi fundamentum positum est. Enimuero sicuti cum quolibet iure perfecte quaesito ius istud persequendi coniunctum est, ita ius in feudum succedendi, filii lege delatum, legitimis remediis ad illud obtainendum tuendumue destitutum esse nequit. Est porro 2) idem omnino filiorum atque agnatorum in feudo ius, siquidem vtrumque ex eodem fluit fonte, ex pacto scilicet et prouidentia maiorum atque ex lege. Quae igitur argumenta ex iure agnatorum ducuntur ad confirmandum ipsis reuocandi ius, in filios quoque conuenire necesse est.

f) II. F. 8. pr.

g) ROSENTHAL traxt. iur. feud. c. 9 membr. 2. concl. 67. BERLICH conclusion. practicabil. P. II. concl. 57. n. 87. f. OBRECHT traxt. feudal. L. 4. c. 9. n. 48. KNICHEN de vestiturar. pationibus P. I. cap. 2. n. 183. f. C. a KIRCHBERG disc. de feudo ex pacto et prouid. et feudo hereditario cap. 5. n. 60. f. FACH-

NEVS controuersi. iur. T. 2. L. 7. c. 18.

p. 30. f. SCHRADER traxt. feud. P. 7. cap. 2. n. 55. f. et P. 8. c. 8. n. 4. f. HAMEL traxt. iur. feud. cap. 4. concl. 4. n. 36. f. RVDINGER controuersi. iur. feud. Lib. 2. c. 40. n. 5. f. ANTONIVS disput. feudal. D. 10. thes. 4. not. b. CRAMER in Wetzlarischen Beyträgen T. 2. n. 4.

est. Deinde 3) leges non minus *Longobardicae* h) quam *Germanicae* i) salua et incolumia esse iubent iura filiorum, ad feu-

G 2 di

h) I. F. 8. pr. quidem ad testam-  
mentariam de feudo dispositionem  
pertinere videtur, at, quum ideo  
nullam valere defuncti de feudo or-  
dinationem statutum sit, ne successio  
in feudum filii intervertatur, ean-  
dem ob rationem nec dispositio de  
feudo, quae inter viros sit, eo va-  
lere potest, vt ius filiorum in illud  
succedendi et medio tollat.

i) IUS FEVDAL E ALEMAN-  
NICVM c. 70. § 4. (ex edit. Sencken-  
berg) der mann ist nicht phſichtig  
zu leyſten des herrn gelypt, noch das  
kind des vatters, das sy ir gut auf-  
geben und das verläuern. IUS FEV-  
DALE SAXONICUM art. 58. Der  
man en ist nicht phſichtig zu leſtene  
ſines herren gelobede noch daz kind  
ſines Vater umbe ſin gut zulazene.  
LVDEWIG de obligat. successor. in  
principat. et clientel. S. R. I. ex fa-  
deo decessoris c. 6. §. 2. not. a. b. in  
opusculis T. I. p. 595. f. B. AVVS in  
confut. et decif. iur. P. II. resp. 87.  
n. 40. f. Atque hoc confirmatur do-  
cumentis, quae ex vsu Germaniae  
feudi alienationem, vt firma perfi-  
steret, cum conſenſu filiorum factam  
effe teſtantur; quorum nonnulla ex-  
hibet LVDEWIG in laud. Diff. I. c.  
p. 599. f. Eiusdem argumenti ex-  
empla in medium proferre iuuat ex  
documentis, quae VENERANDVS  
PARENTS adiecit Exercitationi 18.  
Tomi III. Eleitorum iuris civilis sub  
n. 10. 14. 18. 19. 24. 25. 34. 40. 42.

43. 47. 48. HEIDENRICVS DE  
RVSTENBERG (n. 18. p. 126) coe-  
nobio in Hildewardshausen, a.  
1244. offert decimas, quas, inquit,  
nos hereditaria ſucceſſione a venera-  
bili domino noſtro Archiepifcopo  
Moguntino iure poſſedimus pheſo-  
di, maturo prehabito confiſio, et fi-  
liorum, et omnium, quorum interefft,  
vel intereffe debet, adhibito conſenſu.  
HERMANVS DE VSLAR (ibid. n.  
25. a) p. 134.) a. 1263. vendit ecclie-  
ſiae Nordheimensi medietatem deci-  
mae, quam iure feudi ab ecclieſia Mo-  
guntina tenuerat, fratre ipſius Erne-  
ſto et filiis eiusdem Hildebrando et Her-  
manno conſenſientibus manifeſte. In  
eandem alienationem filii alienantis  
speciali documento a. 1295. conſenſum  
impertiuntur. Nos (ibid. n. 25. b)  
p. 135.) Hildebrandus miles filius  
Hermannii militis et Hermannus  
fratruelis noſter diſti de Vſlaria  
publice recognoſimus et teſtamus.  
Quod iam diſtus miles Hermannus,  
pater noſter bone memorie accidente  
libero conſenſu patrui noſtri, Er-  
nesti, fratri noſtri Hermanni, No-  
stro, heredum noſtrorum, et omni-  
um, quorum ex parte patris noſtri  
et noſtra ſimul de iure debuit aut  
potuit intereffe medietatem decimas  
— — vendidit libere et absque quo-  
rum.

di successionem vocatorum, et, ne ordinatio patris, qua illa labefactari possint, valeat maneatque, diligenter prouident.

Quod

rumlibet inquietitudine in perpetuum possidendant. Proprietatem vero ipsius Decime, quia in feudo ab ecclesia Moguntina ipsam possiderat, promisit ecclesiae in Nordheim comparare suis sumtibus. Quod quia morte preuentus non adimplevit — Nos Hildebrandus et fratreuus noster Hermannus obligamus nos et nostros heredes — quod pater noster promisit exsolvere. CONRADVS DE SCONENBERG (ibid. n. 40. p. 151.) a. 1350. confert decimam feudalem in coenobium Hiltwardeshusem consensu unanimi uxoris — nec non filiorum — ac omnium heredum, quorum Interest. HENRICVS, EVERARDVS et OLRICVS milites de NEDHEIM (ibid. n. 47. a) p. 167.) a. 1330. conuentui in Nordheim, decimam, quam ab ecclesia Moguntina iure phenduli habuerant, vendunt cum bono voluntate et consenuit patruorum, Ludolfi militis et Henrici, nec non filiorum patrui Henrici iam ditti — ac aliorum heredum verorum, quorum de iure intererat etiam consensu requisito et habitu. Quorum filii quum adhuc minorennes essent, pro his eodem anno (ibid. n. 47. b) p. 164.) cautio interposita et subpoena obstatii data est fides, eosdem, quum ad legitimam aetatem peruenierint, venditionem per Henricum, Euerhardum et Olricum factam ratam habituros esse. Additur

ibi: si praesati pueri, cum ad aetatem discretionis peruenierint, et se in venditioni apposuerint et rebelles existirint — Opidum aliquod istorum Northeim, Einbecke vel Ganderssem, more bonorum fidei in forsum, intrabimus, inde non exituri, alias per noctis fundo, nisi pueri, et atem discretionis adepti, in venditionem consentiant. Caeterum iure nouiori Saxonico Electorali siliis generatim negatum est ius revocandi feudum a patre alienatum; de quo cautum est in TORGAVISCHEN AVSSCHREIBEN d. d. 8. Maii. a. 1583. tit. welcher geftalt die agnaten: Setzen, ordnen und wollen demnach, wenn in Unfern Landen ein Vater sein Lehn-guth mit Unfern oder eines andern Unter-Lehnsherrn Consens und Bewilligung verkauft, verpfändet, oder sonst verändert, oder in Verkauffung und Veränderung desselbigen bewilliget, dass in Unfern Landen denen Söhnen dasselbe, da es gleich ein alt - väterlich Stamm-guth wäre, zu revociren oder zu sechsen nicht verstattet noch nachgelassen werden, sondern sie solches, wenn sie gleich ihres Vaters Erben nicht worden wären oder ein Inventarium gemacht hätten, jedoch

Quod dum cauent, filiis simul ius tribuunt ad impugnandam alienationem, in eorum fraudem suscep tam, et ad ius, a mai oribus delatum, per reuocationem feudi persequendum. Praeterea 4), quum filiorum et agnatorum quoad fundamentum, cui innititur ius in feudum succedendi, paria prorsus iura sint: ius reuocandi feudum alienatum, quod agnatis nominatim datur, filiis tanto magis tribuendum est, quo certius constat, ne vllum quidem legis illud impedientis aut prohibentis vestigium in libris feudorum inueniri. Accedit denique 5) quod filiis, simul cum patre inuestitis, ius reuocandi feudum alienatum ne in controuersiam quidem vocetur ab interpretibus iuris feudalis. Quod vero ius filii ex patre et prouidentia maiorum acquisitum et lege ipsa firmatum est, non minus est ius perfectum et radicatum quam ius ex simultanea inuestitura competens, id eoque cum hoc eandem vim et potestatem habere debet in tribuendo iure feudum alienatum reuocandi.

#### §. IV.

*Ius reuocandi feudum eo, quod filius patris heres sit, non impeditur; is tamen ad pretium refundendum obligatur.*

Quum igitur ipsum ius filii feudum alienatum reuocandi vix iustum in dubitationem adduci possit, eo potissimum disputatio pertinet, vt inquiratur, sitne exercitio istius iuris impedimento illud, quod filius, in feudum successurus, hereditatem patris simul amplecti debeat. Verum obligationis, qua ob

G 3

aditam

doch in alle Wege genehm zu haben  
vivs iurispr. forens. Roman. Saxon. P. II. const. 48. def. 9.  
ten schuldig seyn sollen. CARPZO.

aditam hereditatem heres obstringitur, vis omnis in eo est posita, ut defuncti facta, quae vel ad res in huius potestate positas spectant, vel ad res, quae pendent ab heredis arbitrio, is praestare teneatur *k*). Quae, vero defuncti facta, neque ad res defuncti, neque ad res heredis proprias respiciunt, ab herede praestanda non sunt. Feudum autem nec vasalli patris nec filii successoris arbitrio relatum est; sed utriusque eadem lege defertur, ut posteris omnibus restituatur. Ex quo consequitur filium heredem ad agnoscendam seruandamque patris de feudo dispositionem nequaquam obstringi *l*). Hinc nec alienationi fideicommissi, familiae relikti, ii qui de familia sunt, stare obligantur, nec in ea reuocanda hereditatis additione impediuntur *m*). Neque enim is, qui rem alienat, quam ea lege,

vt

*k*) Ad obligationem heredis ex negotiis a defuncto de rebus propriis contractis spectant *L.* 149. *de reg. iur. L.* 15. *C. de donat.* *L.* 10. *C. de solut.* *L.* 7. *C. de restit.* milit. ad obligationem vero, quae ex negotiis de rebus hereditis a defuncto initis proficiscuntur pertinent *L.* 31. *D. de liberali causa L.* 7. *C. eod.* *L.* 14. *C. de rei vindic.* *L.* 14. *C. de euictioneb.* *L.* 24. *C. de donat.*

*l*) *ILL NETTELBLADT de successore ex pacto et prouidentia ad facta ultimi defundi licet eius heres sit praestanda non obligato c. 3. f. 1. §. 3. II. de COCC E II de feudo hereditario mixto §. 25. f. CRAM R obs. iur. vniu. T. 2. obs. 486. T. 4. obs. 1220. KNIPSCHILD de fideic. famili. nobil. c. XI. n. 404. f. SCHRADE trast. feud. P. 7. c. 2. n. 55. f. et P. 8. c. 8. n. 11. KNICHEN de vestiuit. passionib. P. I. c. 2. n. 316. f.*

*m*) *L.* 69. *§. 1. de legat. 2. Praedium, quod nomine familie relinquitur, si non voluntaria facta sit alienatio, sed bona heredis veneant, tamdiu emitor retinere debet, quandiu debitor haberet bonis non venditis: post mortem eius non habiturus, quod exter heres praestare cogeretur. Post mortem igitur alienantis praedium reddit ad proximorem in familia, nec is praestare debet, vt emtor illud habere licet; quamvis extraneus heres (qui vnuus de familia non est) id praestare deberet. In §. 3 eiusdem legis omnes, qui ad familiam pertinent ad fideicommissi alienati petitionem admittuntur, ita tamen, vt proximus quisque primo loco videatur inuitatus. Atque quum generaliter et sine distinctione ius persequendi fidei-*

vt aliis eam restituat, possidet, iure suo efficere potest, vt ea in perpetuum emtori permaneat, quoniam ipsius ius morte durare desinit; neque filiis ius succedendi in eam interuertere valet, quum id ipsum aduersetur fideicommittentis voluntati, quam leges tuerunt atque seruant. Cui consentaneum est illud, quod res, quas leges heredi relinqui iubent n), vel alienari prohibent o), si nihilominus alienatae fuerint, ab herede reuocari possint.

Quae autem ex additione hereditatis paternae ad filium pertinet obligatio, tota in eo consistit, vt pretium, quo venditum est feudum, emtori restituat. Pretium enim, simulacrum feudum reuocatur, apud venditorem eiusque heredem est sine causa, atque obligatio ad illud restituendum habenda est instar debiti hereditarii, quo filius, patris heres, obstringitur. Quapropter is, nisi pretium, quod tempore venditionis solutum est, reddat, iure feudum reuocandi ut non potest p); atque ita

fideicommissum tribuatur proximiori, ad quem et hereditas plerumque pertinere solet, heredi quoque illud datum esse probabili ratione dici potest.

n) Ita patronus, qui adiit liberti hereditatem, ea quae in ipsius fraudem alienata sunt, reuocat L. 3. §. 3. D. si quid in fraud. patron. fact. sit. L. 2. C. si in fraud. patron. a libertis alienatio facta sit. atque liberis, parentum heredibus, contra donationem inofficiosa pugnare integrum est L. 2. C. de inofficio. donat.

o) Sic heredi datur vindicatio serui censiti contra legum interdicta absque terra venditi L. 7. C. de agricol. et censit.

p) RHETIVS Com. in ius feud.

com. L. 1. t. 8. §. 2. verb. nihilominus p. 327. n. 3. S. STRYK D. de iure successoris in reuocandis bonis familiæ §. 45. CRAMER obs. iur. vniu. T. 2. obs. 486. et in Wetzlarischen Beyträgen T. 2. n. 4. §. 8. Filium patris heredem, qui ad pretium restituendum paratus est, ad feudi reuocationem quoque admittit ZIEGLER D. de iure reuocandi, quod agnatis solis, et iure retrahendi, quod filii cum agnatis competit c. 6. n. 14. et c. 8. th. 6. n. 25. Similiter agnatum, vasalli alienantis heredem, feudum reuocantem, pretium eius reddere oportere tradunt PISTOR quaest. L. 2. qu. 9. n. 47. STRYK de factio defuncti ab herede non praestando c. 4. n. 14.

ita Cameram Imperii iudicasse testis est CRAMERVS q). Cae-  
terum nec illud loco praetermittendum est, hanc pre-  
tii restitutionem repeti non posse ex obligatione ad praestan-  
dam euictionem. Nam euictionis praestationem exigendi ius  
non pertinet ad eum, qui sciens rem alienam, et qui sciens  
feudum ex prouidentia maiorum et lege feudali posteris omni-  
bus relinquendum comparauit r). Ad pretium vero feudi re-  
stituendum ideo filius feudum reuocaturus obstringitur, quod  
hoc penes eum, ceu patris heredem, est sine causa.

### §. V.

*Iure Rom. quoque praefita euictione, heredi res  
proprias, a defuncto alienatas, vindicare  
permittitur.*

Hanc de filio herede, feudum reuocante, sententiam  
conferre iuuat regulis iuris Romani de herede res ipsius pro-  
prias a defuncto diuenditas vindicante. Etenim feudi quoque  
commodum, donec filio vita suppetit, in rebus eiusdem pro-  
prios numerare licet; quamuis caeteroquin illud maxime in-  
tersit inter res heredis proprias et feudum ipsum, quod huius  
alienatio fiat aduersante lege, illarum vero, lege permit-  
tente vel saltem eam non irritam faciente. Non vna autem  
eademque est obligatio heredis ad praestanda, quae defun-  
ctus

q) obs. iur. T. 2. obs. 486. et in  
Wetzl. Beytr. T. 2. n. 4. §. 8. II.

r) L. 27. C. de euictionib. L. 7. C.  
commun. utriusque iudicii. L. 3. §. 4.  
C. Communia de legatis: Emptor au-  
tem sciens rei grauamen, aduersus

venditorem actionem habeat tantum  
ad restitutionem pretii, neque du-  
pla stipulatione: neque melioratio-  
nibus locum habente: cum sufficiat  
ei saltem pro pretio, quod sciens  
dedit pro aliena re, sibi satisfieri.

ctus de rebus illius propriis contraxit, et ea, quae in praestandis soluendisque ex bonis defuncti, quae horum nomine contracta sunt, consistit. Nam quod heredi iure hereditario seu tamquam heredi negatur, res ipsius a defuncto venditas vindicare s), hoc iure proprio et ex sua persona facere non prohibetur, modo, damnum, quod reus propterea incurrit, resarciat, seu illud praestet, quod re per sententiam iudicis ablata ab omni herede debetur t). Ac sic quidem separant leges ac distinguunt,

s) L. 14. C. de euictionib. L. 3. C. de rebus alien. non alienand. L. 1. §. 1. D. de except. rei vendit. et tradit.

t) L. vlt. C. de euictionib. Heredem fideiussoris rerum, pro quibus defunctus apud emptorem intercesserat pro venditore, factum eius, cui successit, ex sua persona dominium vindicare non impedit: scilicet euictione causa durante actione. Quae lex, licet ad heredem fideiussoris spectet, (quod obiicit Jo. a SANDE trahit de prohibita rerum alienat P. 3. c. 8. §. 3. n. 34.) tamen heredem eius, qui euictionem praestare tenetur, iure suo rem, propter quam euictione debetur, vindicare posse declarat. Fideiussor autem eandem in se recipit obligationem, qua adstringitur is, pro quo intercedit; et sicut ipse auctor L. 17. D. de euict. ita fideiussor, quem quis ab auctore accepit, rem suam ab illo alienatam perlequens exceptione dolii submouetur L. 11. C. eod. Quin igitur hac in re fideiussor eadem vtatur ac auctor conditione, nullam causam subesse sentio, cur eorundem heredes diuerso iure uti existimandum, et quin ea, quae de herede fideiussoris con-

situta sunt, in heredem auctoris conueniant dubitandum sit. Atque ipsum hoc de herede quoque auctoris constitutum reperimus in L. 73. D. eod. Ibi, quum dominus praediis venditi alienanti heres exsistit, an iure controversiam facere possit quaeritur? et respondit A V L V S: iure quidem proprio, non hereditario — controversiam fundorum facere posse. Addit deinde: euictis praediis heredem conueniri posse vel exceptione dolii mali summoveri, quatenus scilicet, euictis praediis, obligationi heredis ad euictionem praestandam satisfacere recusat. Dolio non agit, qui iure suo vititur; quamquam heres, qui emtori pretium, quod is defuncto soluit, non restituit, dolo haud careat. Neque probabile est, verba illa ultima hanc mente a PAVLO adiecta esse, vt ius, mox heredi conceplum, rursus adimeret et ad arbitrium possidentis referret. Quodsi heres absque restitutione pretii rem suam a defuncto alienatam vindicat, emtor vel exceptione dolii mali se tueri, vel euicta re quanti sua interest experiri potest; id que declaratur in L. 3. C. de reb. alien.

H

non

guunt ea, quae natura inter se distant ac se iuncta sunt, obligationem videlicet heredis ad factum defuncti praestandum et eiusdem ius persequendi ea, quae praeter defuncti voluntatem ad eum pertinent. Caeterum ad quem pro parte hereditas peruenit, eundem, dominium rei suae a defuncto venditae vindicantem, pro ea tantum parte exceptio doli remoratur *u*), non quidem hoc effectu, vt pro illa hereditatis portione partem rei suae emtori relinquere, sed vt eiusdem pretium eidem soluere teneatur. Verum dum hanc similitudinem heredis res proprias, a defuncto alienatas, vindicantis sequor, illud simul mente complector, a filio herede, feudum reuocante, premium duntaxat restituendum, non autem euictionem praestandum esse, quippe quae ei, qui sciens rem alienam comparauit, haud debetur (*§. ant.*).

## §. VI.

*non alien.* Caeterum seruum proprium a defuncto manumissum, heres in seruitutem petere prohibetur *L. 31. D. de liberali causa. L. 7. C. cod.* quoniam hoc casu nulla alia ratione, quam, alienationem consensu firmando, factum defuncti praestare potest. Libertas enim non recipit aestimationem, nec, si aestimari possit, pretium eius manumisso, in seruitutem rursus vindicato, lucro futurum est, ad quem tamen commodum ex voluntate et facto defuncti pertinere debet. Iura filii heredis quidem per donationem rerum ipsius, a patre factam, laedi posse, ducto argumento a contrario sensu ex *L. 24. C. de donat.* colligitur; ta-

men eundem nihilominus ex sententia *L. 73. D. et vlt. C. de euict.* dum modo, soluendo pretium, defuncti voluntati satisfecerit, rem donatam vindicare posse arbitror. Argumento harum legum ad probandum ius filii heredis reuocandi feudum a patre alienatum vñ sunt *KNIPSCHILD de fideic. famili. nobil. c. XI. n. 404. RHETIVS Com. in ius feud. com. L. 1. t. 8. §. 2. verb. nihilominus p. 327. n. 3.*

*u) L. 14. C. dereivindicat. L. 2. 6. C. de hered. cit. L. 7. C. de bonis auctor. iud. poss. L. 14. C. ad leg. Falcid. L. 3. C. de contrar. iud. tutel. L. 7. C. de negot. gest.*

---

### §. VI.

*Translatione feudi titulo donationis a patre facta filius heres absque solutione pretii illud reuocat.*

Quae coniuncta est cum iure filii heredis feudum reuocandi obligatio ad pretium restituendum, deficit omnino, si a patre ex sola liberalitate in alterum feudum collatum sit. Dum enim irrita fit donatio, nulla est donantis ad pretium rei donatae praestandum obligatio; heredis autem, quoad defunctum repraesentat, non alia est obligatio, quam qua defunctus obstrictus est. Atque eam obligationem, quae ex donatione ad patrem pertinuit, ne quidquam ficeret, quominus ius translatum penes alterum saluum esset, filius heres subire non tenetur. Facta enim patris, quibus ea, quae ex pacto et prouidentia maiorum et ex legis beneficio pendent, filio interuertere nititur, filio fraudi esse non debent; (§. 4. h. c.) atque huic, licet heres sit, quae neglecto pietatis officio a patre gesta sunt, rescindere et irrita facere integrum est x).

### §. VII.

*Vis inuentarii a filio herede feudum reuocante confecti.*

Si vero ipsum vinculum, quo heres tenetur, ius reuocandi non impedit, nihil omnino refert, inuentarium filius heres confecerit, an praetermissio eo hereditatem patris adierit. In vsu tamen huius beneficii nonnulli statuunt contingiri causam, cur filius heres feudum a patre alienatum possit

H 2 re-

x) Tit. C. de inofficiis. donati.

reuocare a). Horum enim ex sententia iura defuncti vasallii et filii successoris hereditatis aditione perturbantur, inuentarii autem beneficio, quod omnia iura et actiones heredis salua seruet b), rursus sciunguntur. Verum enim vero nimium ab his tribuitur existentiae heredis vel aditioni hereditatis, cuius ea vis non est, vt per eam feudum cum patrimonio defuncti confusum existimari possit. Namque feudum ad hereditatem patris prorsus non pertinet, nec beneficio patris, sed titulo singulari ex pacto et prouidentia maiorum filio defertur, id- eoque per se separatum ac disiunctum est ab hereditate pater- na. Quod si verum est: filius non indiget auxilio iuris, a be- neficio inuentarii repetito, ad impediendam iurium, quae sua natura separata sunt, confusionem, et ad exercenda iura, quae ex singulari titulo ipsi delata sunt. Si quid commodi

a) *H. a ROSENTHAL* tract. iur. feund. P. I. c. 9. m. 2. concl. 71. OBRECHT tract. feund. L. 4. c. 9. n. 34 BERLICH conclus. practicabil. P. 2. concl. 47. n. 94. Sententiam Iurisconsultorum Neapolitanorum hac dare, atque *Pyleanorum*, quorum illum absoque hereditate feudum consequi non posse, *hi* vero, ex Py- lei, Icti Bononiensis ac Mutinensis sententia, filium hereditatem retene- to feudo ex pacto et prouidentia repudiare posse existimant, exponit R. O. SENTHAL. c. concl. 67. cap. 2. concl. 33. cap. 7. concl. 20. 21. Suscepcta vero a filio hereditate paterna, vtriusque scholae Iurisconsulti in eadem sunt opinione, eum, nisi beneficium inuentari adhibuerit, feudum reuocare non posse.

b) L. vlt. §. 4. 9. C. de iure deli-  
berandi. **V O E T I V S** quidem in Com-

*ment. ad Pand. T. i. L. 6. t. i. n. 16.*  
p. 424. putat heredem, qui fundi  
fui per defunctum diffracti aestima-  
tionem ex hereditate saluam habet,  
adhibito beneficio inuentarii, aequo  
ac alium sine inuentario heredem, de-  
functi factum et alienationem pae-  
stare teneri; quum inuentarii benefi-  
cium non aliter heredes ita adeuntes  
a caeteris simpliciter hereditatem ad-  
euntibus distinguat, quam in eo,  
quod creditoribus ultra vires here-  
ditatis non obstringatur. Sed pae-  
trea illud quoque impedit, quomini-  
nus confundantur iura et obligatio-  
nes, quae ad defunctum heredem-  
que pertinent. *L. vlt. §. 9. C. de iure*  
*delib.* Si vero et ipse aliquas contra  
defunctum habeat actiones: non ha-  
confundentur, sed similem cum aliis  
creditoribus per omnia habeat fortu-  
nam.

beneficium inuentarii filio heredi affert, illud in eo positum est, vt aes alienum pretiumque pro feudo solutum, quod vires hereditatis et feudi, quoad aestimationem spectati, exsuperat, soluere non cogetur (*cap. 1. §. 13.*).

### §. VIII.

*Dissoluuntur argumenta contraria I) ex textu*

*I. F. 8. §. 1.*

Quae in contrarias partes afferuntur rationes, operae pretium est considerare, vt his imminutis ac debilitatis sententia adhuc exposita firmetur ac roboretur. Occurrit primum locus *I. F. 8. §. 1.* vbi feudum abalienatum, si vasallus vendor moriatur *sive herede masculo*, ad agnatos reuerti traditur; ex quo alienationem feudi, existente filio herede, interim manere colligunt c). Spectat hic locus ad ius agnati succedendi in feudum a vasallo alienatum, atque tempus, quo is eodem vti possit, definit d). Quod quum pendeat a vita tum alienantis, tum eiusdem heredis masculi, huius in eo definiendo ibidem ratio habetur. Verum de iuribus et obligationibus heredis masculi, quae, facta a patre feudi alienatione, ad eum pertinent, nihil quidquam cautum est. Firmat ergo id, quod ex natura successionis feudalnis appetat, agnatum, quoad filius defuncti vasalli superest, ad feudi successionem adspirare non posse. Atque simul illud ex hoc loco conficitur, ius filii in feudum, eodem a patre alienato, firmum ac validum persistere. Propter hoc enim agnati ius suspensum atque in mortem filii repositum

H 3

rum

c) PISTOR quaeſt. iur. L. 2. qu. II. F. 9. pr.

13. n. 48. HORN iurispr. feud. c. 20.

§. 17. STRVVIUS synt. iur. feud.

cap. 13 aph. 16. n. 6 p. 488 Huc re-

ferunt quoque I. F. 13. §. 2. 18. §. 1.

d) Eādem ob rationem heredis

masculi mentio fit II. F. 26. §. vlt.

28. §. 2. vbi de iure succedendi agna-

torum et domini quaeritur.

tum manet. Quodsi autem sublatum et extinctum esset filiorum ius, feudum simul atque ius vendoris ipsius morte desideraret, ad agnatum vel dominum deuolueretur e). Quia in re argumento est, quod, feloniam a patre commissa, atque, sicuti patris, ita filiorum iure propterea soluto et interempto, feudum continuo vel ad dominum vel ad agnatum peruenit. Dimisso igitur a patre iure, quod ipsi in feudo est, aut simul filii ius in alterum collatum esse, aut in filio illud haerere ac permanere putandum est. Prius ut arripiatur, argumenta adducenda essent ad probandam patris potestatem arbitrio suo cum aliis de iure filiorum in feudo agendi, vel ad patefacendum obscurum illud, ius patris et filii in feudo ita connexa esse, ut fecerni ac distingui prorsus non possint, quae tamen unde hauriam non inuenio. Illud ergo, quod equidem contendo, relinquitur, manere filio feudum persequendi ius, nisi de iure suo concedere atque contractum patris assensu suo comprobare satius ei visum fuerit. Atque sic in interpretando loco illo non nisi hoc unum sumo, quod ab omnibus conceditur, filium tam propter inuestituram primam quam propter leges iure feudi frui debere; ab iis vero, qui ob locum istum nullum esse filii reuocandi ius statuunt, ea, quae maxime dubia sunt, pro certis ac concessis assumuntur.

### §. IX.

#### 2) arg. ex textu II. F. 26. §. 13.

Praeterea colligunt ex loco II. F. 26. §. 13. filium alienationi feudi a patre factae stare oportere f); idque ex eo con-

e) HAMEL trax. iur. feud. cap. 14. n. 12. p. 103. PISTOR quaeſt.  
4. concl. 4. n. 36. iur. L. 2. qu. 13. n. 55.  
f) ZOESIVS praelect. feudal. 6.

fici opinantur, quod consulenti ibidem agnato de feudo, a va-  
fallo vendito, recuperando respondet Feudista, si alienans fi-  
lios proprios haberet, illud etiam viuo eo redimere posse. Ve-  
rum, quum iuris retiocandi causa in iure, lege filiis concessio,  
contineatur, de eo ex hoc loco, quo agnatorum modo iura ex-  
ponuntur, et iuris filiorum ne quidem mentio sit, iudicandum  
non est. Deinde si aliqua in eo inest ratio, cur ambigendum  
sit, ea non tam ad ius ipsum reuocandi, quam ad eius exerci-  
tium pertinere videtur. Quo saepius enim euenire solet, vt  
filius vel consensu et voluntate sponte sua declarata, vel ob-  
ligatione ad pretium restituendum, qua tamquam heres obstrin-  
gitur, a iure reuocandi impediatur, eo magis sit probabile,  
auctorem huius loci, dum agnato, vbi alienans filios habet,  
ius retrahendi tribuit, hos a persequendo feudo impeditos co-  
gitasse.

### §. X.

3) ex textibus I. F. 3. §. I. II. F. 58. §. 4. II.  
F. 45. et 83. Reliqua argumenta  
recensentur.

Neque ea, quae de obligatione heredis ad facta defun-  
cti praestanda in libris feudorum scripta sunt iuri reuocandi  
filiorum impedimento sunt. Etenim dispositione II. F.  
45. propter quam Interpretes de iure filii feudum reuoc-  
andi plurimum diffident, filius heres non nisi ad aes  
alienum patris ex fructibus feudi exsolendum adstringitur.  
Feudum ipsum vero saluum ipsis seruatur, quum, siue in bo-  
nis patris deprehendatur tempore mortis siue ab eo alienatum  
sit, generaliter per istam dispositionem in persona filii cum he-  
reditate ita coniungatur, vt, si hanc suscipiat, feudo quoque  
frui debeat. Quamobrem eamdem ita interpretari non licet,

vt

ut si hereditatem suscepere filius, propter susceptam hereditatem feudum relinquere et alienationi patris stare teneatur. Deinde quod *I. F.* 3. §. 1. et *II. F.* 58. §. 4. constitutum est, heredes necesse habere adimplere et firmam tenere inuestitaram, quam pater fecit, pertinet ad heredes domini directi, qui vel de bonis in pleno ipsius dominio positis, vel etiam de re, quae ab aliis tenetur, in eum euentum, quo libera ipsi rursus de ea disponendi potestas futura est, inuestituram fecit. Caeterum fas non est recurrere ad ea *capitula*, quae extraordinaria vocantur, atque nusquam vi legis donata sunt; ideoque nullius ponderis habendum est illud, quod traditur *II. F.* 83. extraneum scilicet tamdiu sine praetiudicio feudum tenere, quamdiu ille, qui dedit, heredem masculum habuerit g.). Verum illud sane mirari satis non queo, eos, qui reuocandi ius filiis omnino negare nituntur, rerum commercium haud impediendum, liberam rerum suarum administrationem ad quemlibet pertinentem, pietatem parentibus debitam h), successionem feudi ex beneficio patris delatam ac legem, feidis tacite scriptam, ut dum datum ad filios deuoluantur, si abalienare ea non placuerit, in medium proferre atque vrgere i.). Quae singula, perspecta feudorum natura ac conditione, leuia et infirma existunt.

### §. XI.

g) Quodsi etiam capitula extraordinaria ullius momenti putanda esent, nihil tamen impedit, quomodo sententia textus *II. F.* 83. ex principiis iuris Romani, quibus et ipsa inniti videtur, ita explicetur, nisi filii heredes ad premium reddendum parati sint.

h) *Nou. 155. c. 1.* sancitur, vt omnis reverentia, quae parentibus debetur a liberis, item honor atque obsequium parentibus conseruetur:

dum tamen nihil ab ipsis in illorum detrimentum fiat.

i) Singulis his argumentis vtitur PISTOR quaest. iur. L. 2. qu. 13. n. 37. 49. 51. 54. 56. 58. 60. 61. ea tamen reiiciunt ac refutant NICHEN de vestitur pallion. P. 1. c. 2. n. 183. f. C. a KIRGBE RG disc. de feudo ex pacto et prouid. et feudo hereditario c. 5. n. 67. f. FACHINEVS controuerf. iur. T. 2. L. 7. c. 18. p. 31. f. H. a ROSENHAL tract. iur. feud. P. 1. c. 9. m. 2. concl. 71. n. 13. f.

## §. XI.

*An ius filii reuocandi tollatur praescriptione actionis reuocatoriae, contra patrem completa, aut consensu patris in feudi alienationem?*

Atque hoc reuocandi ius sicut ad filium vasalli, feudum alienantis, ita non minus ad filium agnati, aut praescriptione a feudi reuocatione exclusi, aut in feudi alienationem consentientis pertinet. Primum igitur si, feudo a vasallo vendito, post mortem eius agnatus ius succedendi in feudum persequi neglexerit, idque lapsu temporis, lege definiti, sublatum fuerit, eiusdem filio nihilominus feudum reuocare integrum est k). Quum enim ius filii in feudo ipsius proprium et a iure patris tempore distinctum sit, sicque propter vitam patris filio iure suo vti nondum licuerit: nec praescriptione id extinctum intelligi potest. Nam iurium praescriptiones ab eo demum tempore initium accipiunt, quo competere coepi- runt, et libere ea exercere integrum sunt l). Neque magis filius ob consensum patris in feudi alienationem, ab auo alio- ue agnato peractam, a iure illud persequendi excludi potest m). Etenim in consensu patris nihil inest, nisi voluntatis declara-

k) STRYK de iure successoris in reuocandi bonis familae §. 40. ROSENTHAL tract. iur. feud. c. 9. m.

2. concl. 85. KNIPSCHILD de fidei- com. famili. nobil. c. 16. n. 91. f. CRA- MER in Wetzlarischen Beytragen T. 2. n. 4. §. 5. Differit STRVIVS synt. inv. feud. c. 13. aph. 18. n. 6.

l) L. 3. L. 7. §. 4. C. de praescript.

30. l. 40. annor. L. 1. § vlt. C. de annual. except.

m) ROSENTHAL l. c. concl. 79. n. 3. lo. a SANDE de prohibita re- rum alienatione P. 3. c. 8. §. 3. KNIPSCHILD l. c. c. XI. n. 406. f. Pertinent hic quoque ea, quae exponunt PISTOR quæst. iur. L. 2. qu. 7. n. 48. 49, et WILDOGEL

(f)

tio de iure, quod ad ipsum pertinet, et ipsius proprium est, relinquendo; non autem spectat ad ius, quod filiis in feudo est, nec, quum id a patris consentientis voluntate haud pendeat, sed filiis saluum integrumque relinquendum sit, ad hoc vlla ratione referri potest. Itaque sicuti in rebus plurium consensu gerendis omnium voluntas sequenda est *n*), ita, vbi de dimittendo iure et patris et filii quaeritur, vtriusque accedat consensus oportet. Quodsi vero pro consensu patri aliquid datum sit, id a filio *herede*, feudum reuocante, omnino restituendum est. (§. 4. h. c.)

### §. XII.

#### *An ius reuocandi ad nondum natos tempore alienationis pertineat?*

Iure reuocandi fruuntur etiam filii, qui tum, vbi alienatum est feudum, in rerum natura nondum erant *o*). Quum enim eo tempore, quo in lucem eduntur illi, quorum parentes feudum vendiderunt, vel in illud abalienandum consenserunt, ipsum ius succedendi in feudum, ex quo ius reuocandi proficiscitur, duret ac permaneat; illorum quoque ius saluum esse

(*cf. HEYDENREICH*) *D. de reuocatione feudi illorum, qui in eius alienationem valide consenserunt* §. 21. licet filii consentientis, quod causam a patre habeant, ius reuocandi denegent.

*n*) *L. 10. D. de aqua et aquae pluviae arcendae. Id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.* *L. 11. de reg. iur.*

*o*) *I. REBHAN disc. iurid. de reputatione et renunciatione feudorum*

*Punct. 2. §. 4. Sam. STRYK de iure successoris in reuocandis bonis familiis §. 43. I. C. G. REINHARD de iure postumi in feudo §. 13. p. 23. KNIPSCHILD de fideic. famil. nobil. c. XI. n. 395. de LUDOLF de introd. iur. primog. Part. spec. aph. 17. art. 3. n. 33. f. H. GROTIUS de iure belli et pacis *L. 2. c. 4. §. 10. n. 13. n. 1. 3. et c. 7. §. 26.* *H. de COCCII Grot. illustr. *L. 2. c. 4. §. 10. n. a. p. 523. 525.***

esse res ipsa loquitur. Ita enim comparatum est ius succendi in feudum, ut ad totam primi acquirentis progeniem pertineat, quum ipsa inuestitura non minus quam lege feudali non natus modo, sed et omnibus, qui quandocunque ex iis nascituri sunt, feudum constituantur ac seruetur p). Atque hoc ius, filiis ex lege et inuestitura acquisitum, neque dominus q), neque vasallus possessor r) mutare valent, sed illud perstat ac tamdiu manet, quoisque superest soboles a primo acquirente oriunda feudorum capax. Nihil igitur in aestimando nondum natorum iure momenti habet, quod tempore, quo nascuntur, nullum patri reliquum sit ius in feudum. Neque etiam filiorum ius ex iure patris, sed ex prima inuestitura et lege, pendet, (cap. I. §. 4.) atque ex hac illud ipsis defertur eo momento, quo in vitam veniunt. Simili prouidentia etiam leges ciuiles causam posthumorum tuentur, iisque seruant succedendi ius, atque in eorum commodum omnem vim adimunt ordinationi a patre antea de bonis suis factae s); nec minus subueniunt post immodicam donationem natis, atque prouident, vt hi ex ea detractum legitimum bonorum subsidium consequantur t).

## I 2

## §. XIII.

p) Pertinet feudum ad vasalli heredes in perpetuum et usque ad infinitum I. F. 1. §. 3. II. F. 23. §. 2. II. F. 31.

q) I. F. 27. §. 1. in f. II. F. 39. p.

r) II. F. 52. §. 2. in f. sanctitur. quod frater fecit, nil superstiti obesse, licet in secundam et tertiam ge-

nerationem et usque in infinitum pervenit. II. F. 8. §. 1. in f.

s) L. 3. §. 3. D. de iniusto, rumpto, irrito facto testamento. Idem in posthumo, quod in filio seruandum; nec ratio diuerstatis reddi potest; quae sunt verba §. 2. eiusdem legis.

t) L. 5. C. de inofficio, donat. L. 8. C. de reuocand, donat.

## §. XIII.

*An feudum hereditarium ac nouum filius reuocare possit?*

Attamen non pertinet ad filios ius reuocandi *feudum hereditarium* merum vel mixtum quoad modum succedendi tale a patre alienatum u); licet caeteroquin *feudum hereditarium* quoad personas succedentes tale reuocare vtique possint. (cap. 2. §. 12.) Etenim ob induciam in illud successionem hereditariam successores legitimi eodem simul ex defuncti beneficio fruuntur. Itaque quoad successores tale *feudum* perinde haberi oportet, ac si in rebus defuncti propriis esset; atque sic pactioni, a defuncto de eodem factae, successores simpliciter stare tenentur; quamquam *domino* idem in eo sit ius, quod in feudis ex pacto et prouidentia ad ipsum pertinet. Ac ne *nouum* quidem *feudum*, cum *consensu domini* alienatum, a filiis potest reuocari, quippe ius succedendi in illud pendet ex sola voluntate eorum, qui illud constituerunt (cap. 2. §. 13.) x). Dum autem hi in ea voluntate, vt filiis *feudum* obueniat, non perseverant, nullum ad hos ius perfectum pertinet, ex quo *feudum* reuocare valent, nisi vel ius succedendi sibi promissum acceperint, vel *simultanee* cum patre sint inuestiti.

Quod-

u) OBERECHT traxit. *feud.* L. 4. c. 9. n. 25. f. BERLICH concil. practicabil. P. 2. concl. 57. n. 3. f.

x) BERLICH l.c. n. 17. f. BORGHOLLEN Com. in consuet. *feud.* c. 8. p. 610. n. 145. FACHINEVS controu. iur. T. II. L. 7. c. 8. p. 14. COPPEN obseru. iur. *feud.* obs. 8. p. 282. n. 35. f. RÜDINGER controu. iur. *feud.* L. 2. c. 53. n. 8. f.

ANTONIVS disput. *feudal.* D. 10. thes. 4. ROSENTHAL traxit. iur. *feud.* c. 6. concl. 69. n. 29. 30. c. 7. concl. 7. Ius reuocandi *feudum nouum*, *consensu domini* alienatum, filiis tribuunt SONSBEKIVS com. ad usus *feud.* P. 13 n. 100. f. FINGELTHAVS *feudal.* controu. D 10. c. 3. ROCERVS de qualit. et differ. *feud.* c. 5. n. 45. 46. p. 250. f.

Quodsi vero pater consentiente domino ex profunda liberalitate feudum nouum vel hereditarium ad interuertendam legitimam portionem in alterum transtulerit, cum eodem de donatione inofficiofa queri, et quod immoderate gestum est reuocare filio integrum erit y).

#### §. XIV.

#### *An feudum absque domini consensu alienatum filii reuocare possunt?*

Nec denique filiis reuocandi ius competit, si absque domini consensu feudum in extraneum translatum, idque ad dominum propterea reuersum est z). Alienatio enim feudi, quae fit in contemptionem domini, delictum est legibus feudalibus vindicatum a); vasalli autem delinquentis filii, et omnes qui ab eo ortum habent a successione feudi omnino remouentur, atque nulla ex parte ad feendum adspirare possunt b), sed hanc velut communis parentis peccati poenam luunt. Aequiora sane sunt quae iure feudali Alemanno hac de re prodita sunt: *kein kind sol des vaters schuld entgelten, do es selbs schuld nicht an hat, wann das wär wider Got c)*. Quam aequiorem sententiam non minus sequuntur Romanorum leges,

y) arg. L. 5. 7. 8. C. de inoff. donat. BERLICH l. c. n. 14.

z) BERLICH concl. practicabil. P. 2. concl. 59. C. a KIRCHBERG dicit. de feudo ex p. et prou. et feudo hereditario c. 5. n. 108. f. CVIACIVS de feud. L. 3. t. 2. p. 184. FINCKELTHAVS controu. feudal. D. 10. c. 20. 21. Jo. Thomas de MARINIS de generibus et qualitate feudorum

tit. 2. de feudo ex p. et pr. antiquo n. 86. 87. OBRECHT traxt. feud. L.

4. c. 9. n. 107.

a) I. F. 5. pr. II. F. 24. §. vlt. 42.

§. 1. 44. pr. 52. pr. §. 1. 55. pr.

b) II. F. 26. §. 17. II. F. 31.

c) Ius feud. Alem. cap. 61. §. 10. in SENCKENBERGII corp. iur. feudi. Germ. p. 95.

ges, dum, parentibus propter delictum bonis ac iuribus pri-  
uatis, ea, quae ad hereditatem eorum non pertinent, filiis  
incolumia manere statuant d).

## SECTIO II.

### IVRE FILII FEUDVM RETRAHENDI.

#### §. XV.

##### *Iuris retrahendi natura.*

Quae propter praesens succedendi ius ad successorem feu-  
dalem pertinet facultas feudum alienatum reuocandi,  
longe diuersa est ab eo iure singulari, quo, successione non-  
dum delata, feudum alienatum a quolibet possessore vi iuris  
protimiseos soluto eodem pretio, oblatisque ac praestitis iis-  
dem conditionibus, de quibus in feudi venditione conuenit,  
repetere licet his, qui prima vel simultanea inuestitura com-  
prehensi sunt a). Solet hoc ius distingui verbis *iuris retrahendi* seu *retractus gentilitii*; atque innititur iuri praecipuo eius,  
ad quem feudum ex lege et prima inuestitura proxime per-  
uen-

d) L. 3. D. de interdit. et relegat. men exponunt MÖLLER in prim.  
L. 48. §. 1. D. de iure fisci. L. 4. D. lin. usus pract. distinct. feudal. c. 20.  
de iure patron.

a) II. F. 3. §. 1. II. F. 26. §. 13. c. 19. §. 4. CRAMER obs. iur. vni-  
Iuris retrahendi et reuocandi discri- T. 1. obs. 3. §. 3.

uenturum est, p<sup>r</sup>ae eo, cui vel neutra prospicit, vel qui saltem propter ordinem in lege definitum in vltiore loco positus est.

### §. XVI.

#### *Pertinet ius retrahendi etiam ad filios vasalli alienantis.*

Fruitur iure feudum alienatum retrahendi filius non minus quam agnatus b ), quum et vtriusque ius in feudo par sit et aequale, et ratio iuris praecipui feudo fruendi, in quo omne positum est iuris retrahendi fundamentum, ad filium aequae atque ad agnatum spectet. Neque vero ex iure agnatorum in feudo vlla patet ratio, ex qua iis solis, non autem filii, ius retrahendi datum esse intelligi possit, siquidem illud perinde ac filiorum ius ex lege pendet, et ex prima inuestitura; neque etiam in legibus, quae de filiorum iure in feudo faniunt, aliqua continetur dispositio, quae ad filios illud haud pertinere significet. Nam, quod filii, feudum persequunturi, necessarii sint patris heredes, iisdem, feudum retrahentibus, prorsus impedimento non est. Primum enim uti pos-

b) Filii ius retrahendi compete- concl. 60. CRAMER obf. iur. vnuu.  
re sentiunt C. ZIEGLER in Diff. de T. 1. obs. 3. §. 2. B. AVVS confult.  
iure reuocandi, quod agnatis solis, et decif. iur. P. 2. resp. 131. n. 5. s.  
et iure retrahendi, quod filii cum Ad filios illud pertinere negant F A-  
agnatis competit c. 6. n. 13. c. 8. S. CHINEVS controu. iur. T. 2. L. 7.  
STRYK de successione ab intestato c. 19. BITSCHIVS com. in consuet.  
Diff. 6. c. 2. §. 12. s. ROSENTHAL feud. L. 2. t. 26. cap. Titius filios.  
tratl. iur. feud. P. 1. c. 9. m. 2. concl. notab. 14 p.443. KIRCHBERG dics.  
88. SCHRAADER tratl. feud. P. 8. c. de feudo ex p. et pr. et de feudo he-  
7. HAMEL tratl. iur. feud. cap. 4. reditario c. 5. n. 51. PVFENDORF  
concl. 4. n. 16. s. HORNIURISPR. feud. obf. iur. vnuu. T. 2. obs. 4. §. 8.  
c. 20. §. 3. 4. SONSBEKIVS com. CARPOZOVIVS iurispr. for. Rom.  
ad usus feud. P. 13. n. 121. s. BER-  
LICH conclus. practicabil. P. 2.

K

possunt iure retrahendi filii viuo adhuc patre alienante; hoc autem superstite, quum ne hereditas quidem eius intelligatur, nec de obligatione heredis ad facta eius praestanda quaeri potest. Deinde nec impugnat filius retrahens alienationem, quam pater fecit, sed quum ea, quae patri in contrahenda feudi venditione placuerunt, praestare paratus sit, non nisi locum emtoris subire, atque contractum a patre initum in se transferri contendit.

### §. XVII.

### *Non obstat textus II. F. 26. §. 13.*

Neque filiorum iuri retrahendi aduersantur, quae *II. F. 26. §. 13.* proposita sunt c). Quaeritur ibi de iure agnatorum feudum alienatum tum reuocandi, tum retrahendi; atque, vasallo alienante sine filiis mortuo, agnato vi iuris succedendi ad eum deuoluti ius reuocandi tribuitur: viuo autem eodem, quum liberos proprios haberet, ius retrahendi, reddito scilicet pretio, quod pro feudo datum est. Filiorum vasalli alienantis in exponendo agnatorum iure feudum alienatum recuperandi ideo ratio habetur, quod, quousque alienantis filii supersunt, agnati iure reuocandi non fruantur, nec vlo alio iuris auxilio adiuuentur, nisi retrahendi iure. Verba itaque, quae mentionem faciunt filiorum, id modo enunciant, posse agnatum, exstantibus filiis alienantis, feudum alienatum retrahere, quum filii vel rei pecuniariae inopia vel pecuniae quaerendae difficultate ab vsu iuris retrahendi vt plurimum impedianter; nulla ratione vero de iure filiorum disponunt, nec quidquam cauent, ex quo, negatum esse filiis ius retrahendi, colligi possit.

c) In explicando textu *II. F. 26.* LER in laud. Diff. et PISTOR §. 13. elaborarunt in primis ZIEG- quaest. iur. L. 2. qu. 5.

Göttingen, Diss., 1779

ULB Halle  
008 563 705

3



4018



262/75

1779, 46

5

IVSTI LVDOVICI BECHTOLDI BOEHMERI D.

TRACTATIO

DE

FILIO VASALLI

SUCCESSORE IN FEVDVM.



GOTTINGAE  
*Apud JOHANN. CHRISTIAN. DIETERICH*  
1779.

